dantur, & fisco applicentur; ac ita sentiunt
Speculat. *tit. d feud §. quoniam. num. 63.* Al-
ban *in addit. ad Bart. in l. si finita 15. §. si de
vectigalib. num 3. in verb. quod feudum rever-
titur in fin. d damn infect.* Damhoud. *in prax
crimin. cap. 66. num. 4. & 5* Boer. *decis. 264.
num. 9. in fin.* Bellamer. *cons. 15.* Barth. So-
cin. *consil. 266.*

Hocque generaliter juris communis esse
2 ajunt, propter verba universalia *in l. quisquis*
ibi: bonis ejus omnibus fisco nostro, &c. C.
*ad Leg Iul Majest. & in l. 2. C. d. fals. monet.
ibi: universas ejus facultates.* Et *l. 1. C. de
pet. bon. sublat.* qui textus cum nulla distin- 3
ctione adhibitâ loquantur: indistinctè quo-
que intelligendos esse ajunt, *per l. de precio.
d. publ. in rem act & l. patri. si à parente quis
fuerit manum.*

Et hoc aliqui augent, ut non solum verum
sit in præjudicium filiorum & agnatorum, sed 4
& ipsius domini Directi, Alberic. *in 3. part.
stat quest. 16.* Card. Zabarell. *in clem. 2. q. 6.
de haret.*

Ac ita, illud etiam in feudo antiquo, ex pa-
cto & providentia, h. e. pro se & liberis aut 5
filiis concesso, obtinere ajunt. Specul. & Za-
barell. *dict. loc.* Socin. Sen. *cons. 266. in cau-
sa qua vertitur num. 40. vol. 2.*

So seynd fürs Ander nicht weniger hoch-
ansehenliche Rechtslehrer zufinden/ die bestän-
dig dahin schliessen/ daß wann ein gantzes Für-
stenthumb Kaiserl. Majest. vnd deß H. Röm.

Reichs Lehen / vnd von selbigem andere subfeuds dependiren / auch dero Inhabere wider Ihre Majestät / als superiorem & universalem dominum delinquiren / fürnämblich aber das crimen Majestatis in primo gradu begehen / alßdann solche Afferlehen nicht dem domino proximo & immediato, sondern dem fisco domini supremi & mediati anheimb falle.

7 Sic enim is, contra quem crimen læsæ Majestatis à Vasallo perpetratum foret, dominus feudi quoque esset mediatus, & superior, tum feudum ob delictum hoc in ipsius personam vel suoa, aut Statum suum commissum, ipsi, non domino inferiori & immediato applicari deberet, Bloss. *in pract. crim. titul. d. pæn. n. 28.* Jacobin. d. S. Georg. *in verb. d. Castro Rubei, n. 12. vers. pone prius.* Crav. *cons. 128. n. 7.* Roland à Valle, *consil. 78. n. 26. & seqq. vol. 2.* Brun. *consil. 31. n. 18.* Alex. *consil. 23. n. 3. lib. 1.* Afflict. *decis. 282. n. 15.* Clar. *§. fin.*
8 *quæst. 78. n. 10.* Consentit Ferrerius, *in nova addit. ad Guid. Papa decis. 341.* ubi ait: In crimine læsæ Majestatis illud præcipuum haberi, ut bona emphyteuticaria, feudalia, & substitutioni aut reversioni subjecta pertineant ad Principem, cujus Majestas & Status
9 est læsus. Idque nominatim quoque constitutum esse per ordinationem & edictũ Francisci I. Francorum Regis, editum Anno Domini 1539. à Villecoterests, *art. 7. & 8.* ut constat ex illo Edicto in Cod. Brissonii sub nomine Henrici III. Francorum Regis edito. *lib. 8. t. 5.*

10 Et quidem duplex hujus conclusionis adducitur ratio: Prima, quoniam hoc utile, quod habet Vasallus in feudo, non separari debet à sua causa, i. e. proprietate, quam habet Cæsar, sed utile debet cum proprietate consolidari.

11 Et licet secundò fiscus loco hæredis extranei sit, ac feudum regulariter non transeat ad extraneos hæredes. Respondent tamen aliqui, dictas rationes in subfeudi confiscatione cessare, cum Cæsar habeat proprietatem hujus feudi, ratione cujus non possit videri hæres vel successor extraneus. Nec ergò veniet ad extraneum pro quanto pervenit ad fiscum ac dominum proprietatis.

12 Confirmari insuper potest conclusio ista, quia si vasallus ex crimine Majestatis meretur privari suo utili, quod habuit in feudo, tunc est necesse, quod illud utile vel deveniat in fiscum, vel ad dominum feudi immediatum, vel ad agnatos. Ad agnatos non potest devenire, nec ad dominum. Ergò reliquum est, quod deveniat ad Cæsaris fiscum. Quod non possit devenire ad agnatos, est clarum per tradita D. Henrici Boceri *in tract. quatuor quæstion. feudal. quæst 3.* idemque nuperrimè satis evicit Ant. Merenda. *lib. 6. controvers. Jur. cap. 16. & 18. ac seq.*

13 Adeò ut feudum ex culpa vasalli amissum & ad dominum reversum, nec etiam post vasalli mortem pertineat ad agnatos. Bocer. *d. l. quæst. 4.*

14 Sed nec ad dominum immediatum hoc in casu feudum pervenire posse videtur: quoniam is subinfeudando utile suum jus, quod habebat, transtulit in vasallum secundum. Imò quoniam id factum est ex Cæsareæ Majestatis consensu, saltem præsumpto, ita suũ jus transtulit, quod nihil apud se remansit. Meritò itaque nec commodum sentire potest subinfeudans, ex illa confiscatione.

15 Et quando subinfeudatio fit ex consensu domini, quod nihil apud primum vasallum remaneat; disertè sentit etiam Bald. *in cap. 1. §. illud de prohib. feud. alien. per Frideric. ut & in c. caterùm de judic. ad fin.*

16 Confirmari itidem potest illa sententia ex communi glossæ & Dd. decisione, *in cap. 1. § similiter. d. leg. Corrad.* ubi quæruut, si primus vasallus tradidit secundo feudum, & secundus tertio, vel tertius quarto, &c. quis feudum vindicare possit ab ultimo in casu alienationis sine domini consensu? Et respondent quod primo domino competat vindicatio: quoniam primus habet proprietatem, & primus vasallus utile, quod habuit, in secundum transtulit, & secundus in tertiũ: sic secundus nullum sibi jus retinuit, meritò vendicationem habere non potest. Quod idem in proposito dicendum esse videtur.

17 Vnd obwol dise jetzt außgeführte Meinung fast in gemein reprobirt, auch an jhm selbsten gar nicht für billich geachtet werden kan / daß ein Lehenherr ex tui vasalli, tanquam alieno delicto, zupraegraviren; So möchte jetzt fürs dritte / gantz scheinlich darfür gehalten werden / daß der Kaiserl. Majest. oder einem andern Obern Lehenherrn / auffs wenigst deß subvasalli feudalia bona in handen zulassen / so lang solcher subvasallus vnd seine Erben im Leben seynd. Oder / daß auffs wenigst dises Afferlehenmans jus gegen einem andern gleiches Stands vnd Qualitäten zuverkauffen / welcher nachgehends dises Lehen gebührender massen bediene / daß hierauß erlößte Gelt aber Ihrer Kaiserl. Majest. zuzustellen seye. Vnd will es das starcke Ansehen gewinnen / daß hierdurch beedes allerhöchstgedachte Ihrer Kais. Majest. vindictæque publicæ ein Genügen beschehe / auch dergestalt dem domino feudi proximo sive immediato, an seiner Eigenthumbs Gerechtigkeit nichtzit entzogen werde.

18 Sicque fideicommissum relictum in casum mortis, intelligi de morte naturali, non de civili, resultante ex banno cum publicatione bonorum, sed exspectandam esse mortem naturalem, & interim bona, restitutioni subjecta, transire in fiscum cum onere illa restituendi post mortem naturalem gravati, latissimè concludit Berous, *quæst. 41.* & Cephalus *cons. 391. lib. 3.*

Et in

19 Et in specie hujus nostri casus, multi tra-
dunt, feudum confiscari quantum ad commo-
da & fructus; qui ex eo percipiuntur, ut sc. ad
Fiscum pertineant, donec Vasallus vixerit, Al-
bert. Gandinus Sazarius, quos refert & sequi-
tur Alberic. *in 5. parte statut. quæst. 16. & in
auth. item si dominus temporalis. C. de hæretic.*
Bald. *in cap. 1. §. fin. in fin. per quos fiat inve-
stit.* Afflict. *decis. 282. n. 14.* Boer. *decis. 264.*
Bellomer. *decis. 725.* Eandemque opinionem
amplectitur etiam Hieron. Gigas, *in tract. de
Crim. læsæ Majest. tit. d. pœn. committ. crim.
læsæ Majest. quæst. 5. num. 3. fol. nobis. 308. &
seq.* Menoch. qui alios concordantes adducit
*in tract. de recuper. possess. remed. 9. n. 260. &
seqq.* plures quoque in eandem sententiam re-
fert Rosenthal: *d. feud. cap. 11. concl. 11. lit. a.
& e. ac quoque concl. 13. lit. d.*

20 Et autem hi moventur ratione, quod ex
quo potest vasallus ad sui libitum feudi com-
moditatem & usumfructum, ejus vita duran-
te distrahere, ut tradunt omnes *in l. si domus.
§. fin. ff. de leg. 1.* Ruin. *cons. 176. n. 13. lib. 1.*
Roland. à Vall. *cons. 80. num. 13. lib. 1.* Clar. *§.
feudum. quæst. 51. vers. successivè,* ita poterit
eandem commoditatem & usumfructum eâ-
dem suâ vitâ durante, delinquendo in fiscum
alienare.

21 Hujusque opinotionis fundamentum, est
(1) *in l. Statios Florus. §. Cornelio Felici. ff. d.
Iure fisc.* (2) *in l. si postulaverit. §. jubet. ff. ad
L. Iul. d. adult.* ubi in usufructuario ita con-
stitutum est (ut ususfructus perceptio ad pu-
blicum incipiat pertinere) (3) *in c. 1. §. ult.
d. cap. Corradi.* (4) quia id videtur rationi
consonum: quandoquidem Respublica læsa
est ex delicto vasalli, ut Princeps pœnæ com-
modum consequatur.

22 Sunt & qui dicant, feudum confiscari
quantum ad utile dominium vasalli, sed quia
fiscus illud retinere non potest, nec enim ex-
pedit domino feudi Principem habere in va-
sallum: nec etiam id decet, Idcirco feudum
vendendum esse, & Principem sive fiscum par-
tem pretii pro æstimatione utilis dominii
consequi debere, dominum verò feudi alte-
ram partem pro æstimatione directi dominii,
aut utile feudi dominium vendendum esse a-
licui, qui velit & possit servire domino ipsius
feudi. Ita docuit Spec. *in t. de feud. §. quoniã.
quæst. 40.* ejusdem sententiæ alios comme-
morat Marc. Ant. Peregrin. *de jure fisci. lib.*
23 *5. tit. 1. num 110. vers. sciendum tamen est.* Et
ita etiam Molinæus, *ad consuet. Paris. §. 30.
n. 182.* dicit: quod Fiscus teneatur feudum
ponere in alterius manum, ne domino feudi
præjudicetur.

24 Aber dessen alles unangesehen/ kan ich mei-
nes theils anderst nicht erachten/ dann daß für-
nämblich die rechte Lehen/ so allein ad mascu-
los vel alios in Investitura comprehensos, &
nunquam ad extraneos hæredes gelangen/ in
casu confiscationis, etiam ob Majestatis cri-
men, nicht dem Kaiserlichem Fisco, sondern
allein dem Lehenherrn gehörig seyen.

Dann erstlich/ so ist unstrittigen Rechtens/ 25
quod fiscus sit loco extranei hæredis, *l. 2. C.
ad L. Iul. de vi. l. 1. C. de bon. libert. & l. co-
rum. 9. ff. ad L. Iul. Maj.*

Cùm autem feudum ad extraneum hære- 26
dem nequeat pervenire, ut est text. *in tit. 45.
an agn. vel fil. defunct.* cum similibus: sequi- 27
tur exinde, nec ad fiscum deferri posse. Gail.
d. pac. publ. cap. 14. num. 3.

Et feuda antiqua ex pacto & providentia 28
omninò ab ipsa hæreditate, separata sunt;
nam hereditas non tribuit successionem feu-
di, sed separatam & diversam naturam habet
ab ipso feudo, ideo ad hæredes extraneos non
transit nec venit in fideicommissum univer-
sale, *cap. 1. d. success. feud.* Dec. *cons. 395. n.
5. incip. in causa magnific. & consil. 78. num.
5.* Alex. *consil. 29. num. 18. & seq. vol. 1.* nec
etiam prælegari potest, adeò, ut ne æstima-
tio feudi antiqui lagatario debeatur: cùm 29
non sit res, quæ deduci possit in legatum pro-
pter expressam prohibitionem legis, per text.
*in cap. 1. §. donare. qualiter olim feud. alien.
pot.* & ita se habet communis opinio.

Secundò, ad fiscum non transeunt ea, quæ 30
jure singulari ad Rei Majestatis hæredes vel
alium spectant, *l. 4 ff. de jure Patron.* Jure 31
autem singulari feudum ad filios vel agnatos
vasalli pertinet, ex pacto scil. vasalli primi ac-
quirentis, ipsiusque domini concedentis, *t.
14. §. si Capitaneus.* ibi: per Investituram pa-
tris & avi in beneficium succedunt. *lib. 1. feud.*
Vnde amissum ad eos transit, & ipsis deficien- 32
tibus, ut & ex culpa in ipsum dominum com-
missa, ad dominum redit, *tit. 24. §. denique.
& t. 57. in pr. lib. 2. feudor.*

Tertiò est etiam pro hac nostra sententia,
textus expressus, *in cap. Felicis. §. si qua verò* 33
feuda. de pœn. in 6. ubi publicatis Rei Maje-
statis bonis, ejus feudum nominatim ad do-
minum, non ad fiscum transire jubetur.

Huncque textum, quamvis de Ecclesiæ 34
feudo loquatur, generaliter tamen intelligen-
dum esse, apparet ex eo, quia æquitas & ratio
generalis existit, ubi ad similia procedere li-
cet. *l. nam ut ait. 13. & seq. ff. d. legib.* Specia-
litates insuper non facilè sunt introducendæ.
Et sensus, per quem inducitur speciale, vel 35
specialitas in illo casu est fugiendus, Alex. *in
l. quod de bonis. §. cum fideicommissum in fin.
ff. ad L. Falcid.*

Ac qui dicit, permissum esse aliquid in spe- 36
ciali casu, id probare & rationem specialita-
tis assignare debet, Decius *in cap. consuluit.
§. primo. n. 4. d. appell.* Cravett. *consil. 229.
n. 15.* Cephal. *consil. 207. num. 15.* Borgnin. *d.
usufruct. mulieri relict. num. 155. & decis. 46.
n. 13.* Et in specie, non fisco, sed aliis feudum 37
applicari, vasallo culpam committente, pro-
pter

peer quam feudum amittere debeat, palam est
ex *cap. 1. si vasallus feud. priv. cui defer. c. 1.
§. ult. quæ fuer. prim. caus. benef. amitt. cap.
1. an ille qui interfec. fratr. domini.*
38 Et tum demùm specialis dicitur casus,
quando ratio specialis assignatur ad aliquam
dispositionem, quæ si cessaret, ipsa quoque
dispositio non obtinere posset. *l. fin. ff. de he-
red. instit.* Anchar. *cons. 209. in fin.* Angel. *fin.*
qualis ratio in prædicto capitulo, nullibi ap-
39 paret. Quartò ax *d. c. Felicis*, constat, feu-
dum à vasallo nullo modo alienari, ullove va-
salli facto absque domini expresso consensu,
in alium etiam æque habilem transferri aut
oppignorari posse. *t. t. de probib. feud. alien.
pro Lothar. in pr.* ubi in dicta lege in omne
ævum, Deo propitio, valitura, decernitur,
nemini licere beneficia, quæ à suis Seniori-
bus habet, sine ipsorum permissione distra-
here, vel aliquod commercium adversus te-
norem istius constitutionis excogitare, per
quod Imperii vel dominorum utilitas minua-
40 tur. Idemque sancitur *in tit de prabib. feud.
alienat. per Frideric.* & ibi sequentia verba
habentur: ut nulli liceat feudum totum vel
partem aliquam vendere vel pignorare, vel
quocunque modo distrahere, seu aliensre,
vel pro anima judicare, sine permissione il-
lius domini, ad quem feudum dignoscitur
spectare. Et paulò post: Callidis insuper ma-
chinationibus quorundam obviantes, qui
pretio secepto, quasi sub colore Investituræ,
quam sibi licere dicunt, feudum vendunt &
in alios transferunt: ne tale figmentum, vel
aliud ulterius in fraudem hujus nostræ con-
stitutionia excogitetur, modis omnibus pro-
hibemus: pœna auctoritare nostra imminen-
te, ut venditor & emptor, qui tam illicitas
alienationes reperti fuerint contraxisse, feu-
dum amittant, & ad Dominum liberè rever-
tatur.
41 Quodque locatio ad longum tempus, etiã
alienationis verbo contineatur: quodque va-
sallus sub pœna amissionis prohibeatur feu-
dum ad longum tempua, decem puta anno-
rum, aut ulterius locare, multis authoritati-
bus probat Rosenthal. *cap. 9. membr. 1. con-
clus. 7. num. 8.* ubi etiam Alvarotti & aliorum
opinionem, omnesque cautelas in fraudem
tegendæ alienationis factas rejicit, rationem-
que addit, quod in hujusmodi longi tempo-
ris locatione possessio, & simul dominii uti-
le jus, in possessorem transire videatur. Ac
42 licet pactum sit in longa locatione, ne do-
minium utile transeat in conductorem, non
tamen eo in casu vasallum excusari ait, si ad-
sit difficultsa, feudum ex hac translatione re-
cuperandi.
Si ergò vi expressorum horum textuum,
43 vasallus nulla ratione efficere potest, ut feu-
dum ad alium, domino non volente, quicun-
que ille sit, transferatur. Et quia dominus
non debet alium habere vasallum, quàm eum,
cui ex natura feudi successio debetur, nec
subditi alium dominum acceptare tenentur.
arg l. invitus. ff. de fideicomm. lib. Dec. *cons.
445. n. 32. incip. in causa. ad me transmissa.*
Ergò nec delinquendo hoc fieri potest: quia
delicta & contractus à jure parificantur, *l.
omnem ff de judic. cap. fin d for. compet.* cum
similib. Everhard. *loco à delict. ad contractus.*
Et quod juris est in contractibus, idem & 44
in delictis obtinet, & è contra: nisi subsit di-
versa ratio, vel contrarium expresse decisum
reperiatur, M. Seph. *in Dialect. iur. lib. 2. loc.
102.* Quandò ergò aliquis alteri per contra- 45
ctum nocere nequit; æquissimum omninò
est, ut nec hoc fieri possit per delictum: cùm
delicta magis sint odiosa, quàm contractus,
& perpetuò verum existat, ut nemo ex alie-
no delicto sentiat damnum.
Ac pœnæ suoa debent tenere auctores, 46
nec progredi ulterius contra eos, qui procul
à calumnia existunt, text. *in l. si quis in suo §.
legis C. de inoff. testam. l. legem. C. de natu-
ralibus liberis. l. ob maritorum. C. ne uxor pro
marito. l si pœna & crimen. ff. de pœn. l 3. §.
quod pater ff de muner. & honor.*
Et alieni criminis infortunio jus suum ne- 47
mo perdere debet, *l. res uxoris. C. de donat.
int. vir. & uxor. & l. si quis Presbyter. C. de
Episc. & Cler.* Sic & liberti bonis publicatis, 48
jura patronatus non intelliguntur esse pub-
licata, *l. si in libertatem. ff. d. bon. libert. l.
fin. §. de bon. damnat.* Henr. Boc. *in c. ver-
gentis. extr. de heretic.*
Confirmatur hoc: quis prohibitua aliena- 49
re, non potest facere actum, per quem alie-
natio sequi possit. *l. codicillis. §. mater.* ubi
Bart. *ff. d. leg. 2.* Tiraquell. *d. retract. con-
sang §. 1. gl. 2. num 50. & gloss. 14. num. 14.*
Becius, *consil. 25. num. 2.*
Sic prohibitus alienare, censetur prohi- 50
bitua contrahere super alienatione facienda,
Bart, *in l. cum lex. ff de fidejussor.* ubi etiam
Castrens. Et consequenter non potest etiam
delinquere: quis delinquendo viam aperit
alienationi, præcipuè cum alienatio, quæ fit
ex delicto, sit voluntaria, non necessaria.
Quintò, leges, quæ bonorum publicatio- 51
nem inducunt, nequaquam pertinere ad feu-
da posse, apparet itidem ex eo, quia suis le-
gibus reguntur feuda, non jure communi. Et
consequenter cum bonorum universitate
feuda hoc in casu ad fiscum transire non pos-
sunt. Etenim clarissimi juris est, quod in qua- 52
cunque dispositione generali, appellatione
bonorum non veniant feuda, Alex. *cons. 8.
col. 1. vol. 4.* Decius, *consil 139.* Paris. *cons.
7. n. 3 vol. 1 & cons. 12. n. 62. vol. ead.*
Hinc dicit Alex. *consil 16 col. 2. vol. 2.*
quod in generali obligatione bonorum, feu-
dalia non comprehendantur, Guid. Papæ,
*cons. 215. & consil. 218. col. pen. vers ad octa-
vum,*

rum. Afflict. *decif. 26. in princ.* Grammat. *de-*
54 *cif. 103. n. 110.* similiter videmus, quòd à ge-
nerali donatione bonorum, feudalia exclu-
dantur, Afflict. *decif. 14.* Brun. *confil. 115. n. 3.*
55 Guid. Papæ, *dict. loc.* Nec non in venditione
bonorum, *c. 1. d. cap qui Cur. vend.* ubi om-
nes Feudistæ, Cephal. *confil. 29. n. 10.* Pariter
56 in generali fideicommisso, Bart. & alii *in l si
Patroni. ff. ad Trebell. cap. 1. §. quamvis. ubi
not. omnes. de Investit. d re al. fact.* Roland à
57 Valle, *tract. d lucro dot. quaest. 54.* Et pariter
in renunciatione bonorum, Bald. *in auth. in
successione, in fin. C. de suis & legit.* Socinus.
confil. 84. n. 5. vol. 3. Paris. *confil. 7. num. 4.
& 12.* Dec. *conf. 395. num. 8.*

58 Si ergò his in casibus appellatione bono-
rum non venit feudum; idem dicendum est
in sententia confiscationis bonorum, ut illud
non comprehendatur: quoniam natura bo-
norum feudalium est separata ab aliis bonis,
ut in eis non comprehendantur, nisi de eis
specialis mentio fiat, Signorol. *confil. 220.*
Dec. *confil 139. in fin.*

Sextò, si vasallus crimen Majestatis com-
59 mittit, in ea conditione est, ut pro civiliter
mortuo habeatur: Crimen namque Majesta-
tis committens, simul amittit omnia, quæ sunt
juris Civilis, *l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de
60 capit diminut.* Et hinc statum perdit admini-
strationem suorum bonorum, etiam ante-
quam accusetur, Odofred. *in l. eorum patri-
monia num. 7 de jure fisci. Cod. lib. 10* l. *fin.
C. ad L. Iul. Majest. & l. quisquis. §. emanci-
pationes.* ibi: quo primum memorati de in-
eunda factione ac societate cogitarunt. *C. ad
L. Iul. Majestat.*

61 Faciunt notata Baldi *in c. Imperialem. §.
callidis. de prohib. feud. alienat. per Frideric.*
ubi dicit, quod vasallus committens crimen
læsæ Majestatis, ipso jure feudum amittat,
Andr de Isern. *in cap. 1. in fin. tit. d feud. non
sine culp. amitt.* Boer. *decif. 277. num. 12. in
62 2. part.* ubi tradit, quod in crimine hæresis &
læsæ Majestatis, ex die commissi criminis bo-
na sunt ipso jure confiscata: sed illorum ap-
prehensio non nisi latâ sententiâ per fiscum
63 fiat. Quodque bannitus pro mortuo habea-
tur, tradit etiam Don Garsias Mastrill. *decif.
64 277. num. 6.* ut vel exinde apparet, quia cum
illis nulla conversatio fieri, nemo eos tecto
recipere vel tolerare, cibumque & potum eis
subministrare, sed quilibet eos aversari, de-
testari, & veluti hostes persequi debet. Cam-
mergerichts Ordnung. *part. 2. tit. 10. §.* Und
65 wa es deßhalben/ adeò ut ipsorum receptato-
res, eadem cum ipsis pœna teneantur, & in
bannum incidant. Landtfriedts-Ordnung zu
Wormbs. *d. Anno 1521. tit.* Fridbrecher und
Thäter. §. Welche Obrigkeit aber.

66 Crimen autem læsæ Majestatis committen-
tes, si ad condignum supplicium rapi non
queant, ipso jure banno notati videntur.

Quodque pariter publicatus pro mortuo
habeatur, docet Rosenth. *d. feud. c. 11. sub n.* 67
7. Et quamvis mors civilis non habeatur pro
naturali, & appellatio mortis intelligatur de 68
naturali, non de civili nisi in casibus à jure ex-
ceptis. *c susceptum. vers non morte. de rescrip.
in 6.* Gomez. *in regul. Cancellar. reg. de im-
petr. benefic.* Card. *quaest. 5. vers. fin.* Simon d.
Prætis, *d. interpret. ult. volunt. lib. 2. interpr.
1. dubit. 1. solut. 7. num. 8.* Vinc. d. Franch. *de-
cif 562. num. 8. & 9.* Honded. *confil. 61. num.
3. & seq.* Jal. *in l. 1. col. 1. vers septimò limita.
C. de hered. instituend.*

Attamen satis expressum in jure feudali
esse videtur, ut mors etiam civilis pro natu- 69
rali Rosenthal. *d. concl. 11. num. 7.* vel saltem
tali causa habeatur, ob quam feudum ad do-
minum redit: quia post crimen Majestatis
commissum honestè in curia domini amplius 70
stare nequit, argum, traditor. a Rosenthalio,
cap. 10. concl. 36. num. 44. & seqq.

Quod autem vasallus, qui talem feloniam
vel tale quid commisit, ut in Curia Domini 71
amplius stare non possit, privetur feudo, est
text. *in cap 1. an ille qui interf fratr. dom. &
omnes ibi.*

Et licet ille textus non hoc addat expressè,
non tamen solùm is, qui fortè ita ejectus, vel 72
repulsus est per bannum Imperatoris, aut Im-
perii, &c. ut ad Curiam vel servitia venire im-
pediatur, dicitur in Curia amplius stare non
posse, sed etiam is, qui corpore quidem veni-
re, expedire, & in Curia esse possit, nec metu
aut interdicto Magistratus præsens esse pro-
hibetur, verùm & ille, qui propter infamiam
aliquam vel dedecus & inhonestatem perso-
næ stare (seu tolerari) à Domino honestè &
sine dedecore inter vasallos in servitio, vel in
actibus curialibus (judiciis fortè) versari ne-
quit. *arg. text. in d. cap. 1.* ibi: vel aliam fe-
loniam commiserit, v. g. hominem traden-
do, vel in Curia Domini amplius stare non
possit: privabitur beneficio, &c.

Et facit, quod mors civilis pro naturali
habeatur, cùm utrobique eadem ratio mili- 73
tare comperitur, post Afflict. Follerum &
alios Mastrill. *decif. 283. num. 61. & seq.*

Et ita, si gravatus onere fideicommissi,
Monasterium fratrum minorum ingrediatur, 74
qui nihil proprii in communi aut particulari
habere possunt, statim post factam professio-
nem, ipsius Monachi morte naturali non ex-
pectata, fideicommissum veniat restituendū:
& hanc opinionem in judicando & consulen-
do sequendam fore, cum videatur veritati
valdè consona, & non solùm sit magis com-
munis antiquorum, sed & recentiorum, mul-
tis tradit Joseph. d. Rusticis, *in repet. ad l.
cum avus d. condit. & demonstrat. lib. 5. cap.
7. per tot.* & novissimè Dn. Johan. Mylius *in
addit. ad Ang. Beroi, quaest. 41.* Eamque con-
clusionem post Bald. & Castrens. latè itidem
defendit

defendit Ial. *in conf 135. n. 5. lib. 1.* subdens,
in istis terminis se noo invenisse Doctorem
authenticum, qui contrarium teneat, & pro-
bat quoque Roland. à Valle *in tract. de lucro*
dot. quæst. 95. num. 12. & seq.

75 Sic & publicatis bonis mariti, eoque foro
judicato seu bannito, quamvis matrimonium
exinde non solvatur, nihilominus tamen quo-
ad effectum recuperandi dotem & dotarium,
aliaque jura dotalia, maritus pro verè mortuo
habetur, eaque recuperat aut respectivè lu-
76 cratur uxor. Quod item in fortiori casu con-
fiscatis bonis mariti divitis, uxor indotata &
inops, statim capiat quartam, non obstante
confiscatione, etiam in crimine læsæ Maje-
statis, post multos alios satis evincit Mastrill.
77 *decis. 283. per discurs.* ne scil. ex delicto mari-
ti, uxoris conditio io ejusdem bonis deterior
78 fiat. Quodque licet dos, regulariter non nisi
secuta morte naturali, redeat ad uxorem,
multis tamen in casibus evenire possit, ut vi-
vente etiam viro, dos & dotarium ab uxore
repeti queat. Pariter ut feudum non solùm
morte investitorum domino cedit; sed &
multi casus sunt, ubi vivente quoque vasallo,
feudũ amittitur, & à domino vindicari potest.

79 Accedit septimò, quòd licet reorum fra-
ctæ pacis bona allodialia cujusvis prædationi
relinquantur, feuda tamen, eorum dominis
reservantur, Cammergerichts Ordnung *part.*
2. tit. 9. §. 2. vers auch die Lehen. Gail. *de pa-*
ce publ. lib. 2. cap. 14. num. 6. & seqq Ergò,
ex paritate rationis, hoc idem in confiscatio-
ne ex crimine Majestatis fieri debet.

80 Octavò, & hoc quoque considerari debet,
quod regulariter in confiscatione bona im-
mobilia non cedant confiscanti, sed domino
territorii, ubi sita reperiuntur.

81 Est namque communis opinio, quod bo-
na immobilia in diversis territoriis existen-
tia, in casu legitimæ confiscationis, sint ejus
domini, sub cujus jurisdictione bona exi-
stunt, Jul. Clar. *§. fin quæst. 78. num. 27.* Rol.
82 à Vall. *consil. 78. num. 14 lib. 2.* Oldrad. *con-*
sil. 17. num. 17. multa item hanc in rem cu-
mulat Card. Tuschus, *lit. C. conclus. 712.* ac
etiam in casu hæreseos ita decidit Paul Chri-
stinæ, *decis. 37. vol. 2.* ut & Prosper Farinac.
decis. Criminal. Rotæ lib. 1. decis. 16.

83 Et quod etiam in crimine Majestatis, si
bona condemnati in alio territorio existant,
ubi sunt separatæ jurisdictiones, & separatæ
bursæ fiscales, tunc civitas vel dominus ha-
beat illa bona tanquam vacantia, text. est in
l. cum unus. §. pen. ff. d. bon auth. iud possid.
84 quia coodemnatus est effectus servus pœnæ,
l. qui ultimò ff. de pœn. & hæredem non ha-
85 bet, Gigas *tract. d. crimin. Majest. tit. d. pœn.*
commis. crim. læsæ Majestat. quæst. 2. fol. 322.

86 Quodque etiam in crimine Majestatis bo-
na immobilia pertineant ad eum, in cujus
territorio existunt, si modò is habeat regalia,
& sic jus confiscandi, decidit Paul. Christinæ
decis. 175. ac quoque Afflictus, *decis. 282. ubi*
in add. Cæs. Vrsilius.

Quod item, si vasalli sint investiti de ipso 87
loco cum omnibus juribus etiam regalibus
tunc ii habeant utile Dominium ipsius loci,
& ideò omnis utilitas proveniens io ipso loco
aot ejus territorio, ad ipsos dominos perti-
nere debeat, docet Bald. *in l. fin. col. 2. ff. d.*
constit. Princip. ubi quando Princeps donat
alicui jurisdictionem Castri, videtur donare
omnem jurisdictionem, ideò omnes reditus
causarum civilium & criminalium ad eum
pertinent, refert & sequitur Jason. *in l. impe-*
rium. col. 5. vers. ex hoc ultra alias. ff. de Iu-
risdict. Paul. de Castro, *consil. 353. commodū.*
lib. 1. ubi latissimè & pulcherrimè ostendit, 88
quod omnis commoditas, reditus vel pro-
ventus castri vel territorii pertinere debeat
ad ipsum feudatarium ratione utilis domi-
nii. Et sicut ista pertinerent ad usufructua-
rium, multò fortius ad feudatarium: cùm u-
sufructuarius dominium utile non habeat,
sicut feudatarius, & quod proinde omnia ju-
ra, quæ erant penes concedentem in dicto
castro cum suis dependentibus & accessoriis,
pertineant ad ipsum feudatarium.

Hocque etiam procedit in crimine læsæ 89
Majestatis. Etenim Doctores dicentes, bo-
na confiscata pertinere ad feudatarios, in quo-
rum sunt territorio, necessario debent intel-
ligi, quando fit confiscatio ob crimen læsæ
Majestatis divinæ aut humanæ, cùm aliàs
confiscatio non permittatur, *auth. bona dam-*
nator. C. de bon. proscript. Brun. *consil 31. col. 4.*

Nonò, quod feuda nunquam veniant in
confiscationem, sed & in casu criminis Maje-
statis perveniant ad dominum feudi, com- 90
munissima est opinio nostrorum Doctorum,
ut testatur Alexand. *in l. si finita. §. si de ve-*
ctigali, n. 30. d. damn. infect Boer. *decis. 264.*
num. 7 Curt. jun. *consil. 5. num. 22.* Rubeus,
consil. 134 n 3. Bocer. *d. regalib. cap. 3 num.*
112. &c. Fachin. *controvers. lib. 7. cap 20.* ubi
quinque opiniones diversas recenset, & quin-
tam, quæ est nostra, verissimam esse judicat,
Farinac. *tract. d. delict. & pœn. quæst. 25. n.*
62. &c. ubi plures allegat, & inter alia ex
Castrensi refert, quod si fiscus talia bona ap- 91
prehendat, ea dicatur occupare de facto. Ad-
ditque, licet contrarium attentaverint aliqui
Doctores, non tamen per hoc à proposita
sententia esse recedendum, ac *num. 67.* hoc
etiam extendit ad crimen læsæ Majestatis. Sic
& Paulus Christinæus *vol. 1. decis. 302. n 15.* 92
tradit, sententiam hanc nostram textibus val-
dè perspicuis niti, dictosque textus aliam in-
terpretationem recipere non posse, quàm
hanc, ut nempe feudum liberè & absolutè ad
Dominum revertatur, eamque sententiam
etiam communiorem esse, quod ille idem
vol. 2 decis 36. firmat.

Confea-

Consentit Rosenthal. *d. feud. cap. 11. con-*
93 *clus. 11. & concl. 13.* ubi loquitur in terminis
commissi criminis Majestatis. Clar. §. *feudum.*
quæst. 84. inter alia addens, mihi semper fuit
visum iniquum & absurdum, quòd vasallus
possit delinquendo, domino præjudicare aut
agnatis, quibus non posset præjudicare alie-
nando; & cum ad hujusmodi feuda non ad-
94 mittatur extraneus hæres. Ergò nec fiscus.
Marc. Ant. Peregrin. *d. Iure fisci, lib. 5. tit. 5.*
95 *n. 106.* ubi infert, quod feuda, quæ ex sui na-
tura non possunt in hæredes extraneos trans-
ferri, vel per actum alienationis, in personam
non comprehensam in investitura transmitti,
publicatis bonis vasalli delinquentis non
transeat in fiscum: quia alienari nequeunt.
Vultejus, *d. feud. lib. 1. c. 11. n. 140.* ubi tradit,
96 quod in omni casu, quo vasallus committit
crimen læsæ Majestatis, feudum semper ad
dominum devolvatur tàm antiquum quàm
novum, & tàm id quod ex pacto & providen-
97 tia est, quàm quod est hæreditarium. Adeò,
ut cùm aliàs bona ejus, qui commisit crimen
læsæ Majestatis, deferantur fisco, feudum ta-
men fisco non deferatur, sed domino relin-
quatur.

98 Et itidem pro communi opinione vendi-
tat Suarez, *in com. opin. lit. F. n. 67.* quod feu-
dum ejus, qui ob læsæ Majestatis crimen, bo-
nis exutus est, non fisco, sed domino defe-
ratur.

59 Quod item vasallo bannito, feudum haut
veniat in publicationem bonorum: quod
item si vasallus alicujus Baronis contra Re-
gem delinquat, ex quo delicto ejus bona fisco
sint addicta, tunc tali in casu feudum non ap-
plicetur fisco Regis, sed ad dominum directũ
revertatur, multis evincit Andr. Gail. *lib. 2.*
de PP. cap. 14. per tot. Ac etiam Rol. à Valle,
lib. 3. consil. 29. Schrader, *in tract. feud. part.*
100 *9. c. 9. n. 16 & seqq.* ubi docet, si bona vasal-
li propter delictum fuerint publicata, quod
tunc vasallus feudum perdat, sed illud non
quidem fisco, sed vel domino vel agnatis ap-
101 plicari. Ant. Merenda. *lib. 5. controvers. juris,*
cap. 21. ubi ait, in hac controversia certum
esse, & ideò si evenerit casus, quo secundum
jura feudalia, vel secundum tenorem pacto-
rum inter eum & vasallum factorum, feudum
ad dominum redeat, nihil esse, quod de con-
fiscatione tractari possit, tunc enim clarum
esse, quod feudum ad dominum pertineat.

102 Qui idem *cap. seq.* circa illam quæstionem,
an emphyteusis acquiratur fisco, cum alicu-
jus bona publicantur, ita formaliter scribit:
Fiscus duplici ex causa potest emphyteusin,
de qua agimus, sibi vindicare, vel ex persona
ejus, cujus bona publicata fuerunt, vel ex ali-
qua clausula in Investitura comprehensa. Ex
persona emphyteutæ, si fiscus emphyteusin
vindicet, in promptu responsio est, eum id
nullo jure facere: nam cum emphyteutæ bo-
na publicantur, ei adimitur dominium rerum
suarum, & omne jus quod habet, *l. 5. in fin.*
ff. d. bon. damnat. Igitur extinctum est jus,
quod in re emphyteutica habebat, frustra
igitur ex persona ejus fiscus emphyteusin sibi
vindicat, quia nemo plus juris in alium trans-
fert, quàm ipse habet.

Si verò fiscus sibi vindicet emphyteusin ex 103
aliqua clausula in investestitura posita, tenor
ejus inspiciendus est, & si ita concepta fuerit,
ut post eum, qui reus est, perveniat ad ejus li-
beros, aut ad alias certas personas, res explo-
rata est, fiscum excludi. Si verò in Investitura
dicatur, ut perveniat ad hæredes etiam extra-
neos ipsius: in favorem fisci dubitari potest,
ex eo, quod nostri dicere solent, fiscum locum
hæredis extranei obtinere in bonis ejus, cujus
bona publicantur, hinc enim videtur, eum in
Investitura fuisse comprehensum.

Contrarium tamen verius esse puto, quia 104
hæreditas duplici tantùm ex causa defertur,
ex testamento & ab intestato, fiscus hæredis
locum in specie, de qua agimus, per similitu-
dinem solummodo obtinet, in eo autem si-
militudo consistit, ut ad instar hæredis actio-
ne personali, qua defunctus tenebatur, possit
conveniri fiscus, *l. 2. C. ad L. Iul. d. 12. publ.*

Non rectè itaque ex hoc deducitur, eum
in Investitura esse comprehensum: quia ni- 105
mis à solito loquendi more hic sensus distat,
& ideò non licet nobis eum sequi, *L. Labeo ff.*
de supell. legat. maximè in præjudicium do-
mini directi.

Pactum enim obscurum contra eum ex- 106
ponitur, qui illud posuit, *l. si emptione 34* &
ibi gl. *in verb. intellexerit. ff. de contrah. empt.*

In favorem quoque fisci dubitatur, si fue- 107
rit in Investitura dictum, ut emphyteusis per-
tineat ad eos, quibus eam emphyteuta dede-
rit, cùm enim factum judicis, partis factum
censeatur, fiscus ab emphyteuta videtur em-
phyteusin accepisse, cum ei per judicis sen-
tentiam res adjudicatur.

Contrarium nihilominus verius, quia di- 108
stinguuntur factum partis, & factum judicis,
cui pars non assentitur, & ideò per similitu-
dinem solum verum esse poterit id, quod di-
citur factum judicis censeri partis factum, &
proinde non erit satis, ut fiscus in investitu-
ra contineatur.

Sed quid si dicatur in investitura, emphy- 109
teusin pertinere debere ad omnes successo-
res universales & particulares emphyteutæ,
fiscusne continebitur?

Pro fisco urget vis verborum universa- 110
lium, neque dubitari posse videtur, quin fi-
scus sit successor particularis ejus, cujus bo-
na publicantur.

In contrarium urget, quod incredibile 111
est, partes, dum Investituræ verba tàm effuso
sermone conceperunt, de fisco sensisse: nam

incredibile est, eum, cui emphyteusis primum concessa fuit, fisco eam stipulari voluisse: quia homines fisci nomen horrent, eiq; quantum possunt, detrahere curant. Quod si is non cogitavit de fisco, multò minus dicendum est, dominum directum cogitavisse, cum ejus intersit, rem citius ad se reverti. Itaque cum in conventionibus inspici debeat, quid fuerit actum inter partes, *l. cum in legt. 33. de contrah. empt.* non putamus fiscum esse admittendum. *Hactenus Merenda, in inclyto Pisarum Gymnasio, Iuris Civilis celeberrimus Pro-*
112 *fessor.* Et certè omnes hæ rationes adhuc magis in feudo, præsertim recto seu masculino militare conspiciuntur.

113 Et consentit per omnia Joh. Petr. Surdus, *decis. 254.* ubi multis probat: bona prohibita obligari, non venire in confiscationem, puta quæ alicujus Majorib. in emphyteusin con-
114 cessa fuere. Eò quod prædicta emphyteutica res ex pacto fuerit prohibita hypothecari & obligari, latè Peregrinus *de Iur. fisci. lib. 5. tit.*
115 *1. n. 98.* ubi sustinet, quod statim confiscatis bonis, substitutus, vel is, in cujus favorem facta est prohibitio, capiat bona, non exspectata morte gravati. Infinitos quoque cumulat Farinac. *lib. 1. crim. quæst. 25. n. 35. & 36.* ubi
116 ponit, quando solùm est expressè prohibita alienatio, & quando adest fideicommissum cum expressa prohibitione, & utroque casu impeditur confiscatio. Ac quoq; ibidem Surdus contrariis nervosè respondet.

117 Decimò aperti juris est, quod si culpam sive delictum subvasallus committat, propter quod feudum alioqui ad dominum devolveretur, subfeudum non superiori domino, sed immediato, qui subinfeudavit, aperitur; prout est casus legis, qui quæstionem hanc determinat, *in cap. 1. §. illud. de prohibit. feud. alienat. per Federic.* ubi Imp. Federicus in hæc verba sancit. Illud quoque præcipimus, si vasallus de feudo suo alium vasallum habuerit, & vasallus vasalli dominum domini sui offenderit, feudo suo privetur, & ad dominum suum, à quo ipse tenebat, revertatur. Ibi ergò proponitur duplex dictum: Primò quod vasallus privatur feudo, quando vasallus vasalli, dominum domini sui offenderit. Secundo decidìtur, quod feudum ad dominum suum, h. proximum revertatur.

118 Et notandum est, quod ille textus loquitur generaliter, de offensa domini mediati, nec aliquid innuit de offensa digna confiscatione bonorum vel non. Minus etiam tangit, an primus vasallus habuerit subvasallum de li-
119 centia primi domini vel non. Quare non putamus, dictum textum esse restringendum ad prædictos duos casus, quoniam istæ divinationes meritò sunt fugiendæ. Sed textus sicut indefinitè loquitur, ita indefinitè & generaliter debet intelligi: quod etiam multis probat Anton. Guetta, *cons. 6. num. 24.*

Hujusque sanctionis rationes sunt sat evidentes: Tum (1) quia subvasallus proprie 120
loquendo, non est domini vasallus, sed immediati: proinde licet adversus mediatum deliquerit, tamen cum non sit ei obligatione vasallitica obstrictus, feudum quod ob delictum contra ipsum commissum perdit, non ad ipsum, sed ad immediatum, à quo subvasallus id habuit atque recognovit, optima ratione revertitur, *cap. 1. §. denique. quæ fuit prima causa, cap. 1. vers. cum autem non illr. qui interfec. fratr. dom.*

Tum (2) quod alioqui si subfeudum ad 121
superiorem devolveretur, foret in potestate subvasalli, delinquendo contra dominum superiorem, intervertere subfeudum domino immediato, ejusq; conditionem reddere deteriorem: siquidem superior, quoniam subfeudi proprietas ei competit, addoque dominium utile cum directo consolidatum est, non recognosceret illud ab inferiore, nec pro eo, quippe quod pleno jure suum esse cœpit, serviet. Quanquam etsi recognoscere, servireque teneretur, nihilominus inferiori grave præjudicium inferretur, qui propter potentiam superioris, & quidem domini sui, quem ut revereatur oportet, longè difficilius ab eo servitia debita consecuturus esset, quàm ab alio. Consequens verò absurdum & iniquum est, cum delictum unius non debeat redundare in detrimentum vel præjudicium alterius, nec quisquam alterius odio prægravari. *c. non debet. d. R. I. in 6.*

Nec etiam subvasallus sive alienando, sive 122
delinquendo, in præjudicium domini proximi feudum transferre potest in eum, quem non vult, nec eum tenetur habere vasallum, licet sit parilis conditionis cum subinfeudato. *cap. 1. d. de fratr. de novo benefic. investit.*

Tum (3) quia licet offensus, feudum non 123
consequatur, tamen satis habet injuriæ suæ ultionem, dum feudum aufertur subvasallo delinquenti, & applicatur domino immediato, Natta *consil. 119. num. 1.* Sonsbec. *de feud. 13. num. 41.*

Et vindicta domino competens, non id operari debet, ut mediatus dominus, qui in- 124
nocens est, ex alieno delicto ulla ratione prægravetur, damnumve sentiat in jure suo.

Ne igitur ex duobus vasallus, quorum 125
unus deliquit, alius sese fideliter gessit, contingat utrumq; privari feudo hoc, sicut uterque privaretur, si feudum publicaretur, debet dici, ipsum feudum non esse publicandum, sed in primum vasallum transferendū. Eamq; rationem posuit Jacob d. Belvis quem refert Bald. *in cap. 1. §. illud. d. prohib. feud. alien.* ubi dicit per hoc videtur determinatio vera, quod ille, qui offendit dominum domini, dicatur offendere proprium dominum. Et inferius subjicit: determinatio est vera, quia non potest vasallus facere deteriorem conditionem

tionem domini sui: quia felonia secundi vasalli contra dominum nocere nequit secundo domino suo.

126 Consulitur ergò domino remotiori, in quem delictum est commissum, satisfactione de injuria sibi illata, & damnis perpessis, confiscando allodialia, & puniendo vel proscribendo ipsam personam delinquentis, ad quæ nisi dominus proximior requisitus vasallum compellat, & superiorem juvet, etiam proximior jure suo cadit, & feudum ad remotiorem dominum redit. *d. §. illud. vers. & nisi vasallus.* Zas. *d. p. 10. num. 59.* Sonsbec. *p. 13 n. 40. & seq.* Rosenthal. *cap. 12. conclus. 18. n. 3. vers. si delictum in primum dominum.* Guetta, *consil. 7. n. 22. & seq.*

127 Ac licet Marian. Socinus jun. *consil. 134. n. 4 vol. 3.* distinctione censeat utendum ita quidem, ut si partem feudi vel ejusdem rem singularem in subfeudum concesserit vasallus, residuum sibi reservaverit, sit locus dispositioni. *d. §. illud quoque.* secùs ubi totum subinfeudavit.

Tamen illa distinctio confunditur non
128 modò per rationes modò ponderatas, hoc casu non minus, quàm illo militantes, verùm etiam quia nec textu juris, nec ratione diversitatis evidenti probatur, potiùs ei manifestè refragatur sive repugnat. d §. illud quoque, cujus verba suo sub ambitu tàm hunc, quàm illum complectuntur casum, ideoque generaliter & indistinctè, prout fuere prolata, intelligenda veniunt, *l. 1. § generaliter. ff de*
129 *legat. præstand.* vel eo magis, cum lege non distinguente, nec nobis distinguere liceat, *l 3. ibi gloss. ult. ff. d. offic. Præsid* & in terminis sentit Isern. *in d. §. illud quoque n. 1. in addit.* latè Guetta, *consil. 6. & per discurs.*

130 Nec dici potest, vasallum, puta Ducem, Comitem, aliumve Statum Imperii portionem aliquam de Ducatu aut territorio suo feudali Nobili alicui in subfeudum concedentem, per hancce subinfeudationem, omne jus suum utile transtulisse: quia illud jus translatum est utile inferius, & est aliud utile sub illo superiore, ut ait Bald. *d. c. cæterum. d.*
131 *judic. §. fin. col. 1.* vel potest dici secundum Alvarot. *in cap. 1. de controv. investit.* quod primo Vasallo remaneant jura servitiorum, jura scil. in pactum deducta, vel consueta deduci, quæ possunt à primo vasallo peti, *cap. 2. d. excess Prælat.*

132 Nam & eorum ratione is, dominus quodammodo dici potest, *l. talem. §. fin. d. hæred. instit.* & cum Baldo transit Alvarot. *in fin. col. ibi.* Istam etiam quæstionem format in terminis Jacob. d. S. Georg. *in verb. dictique vasalli. in 2. & 3. col. ibi. quæro an aliquid remaneat ap. ipsum primũ vasallum subinfeudan-*
133 *tem.* Et dicit, videri quod non, quia vasallus subinfeudans, transtulit utile, quod habuit. Et subjicit, vos determinabitis contrarium, & dicetis, quod apud ipsum vasallum remaneat quoddam quasi utile dominium ratione juris vasallagii, quod habet in vasallum, quem subinfeudavit:

Primo item vasallo reservata est fidelitas 134
subvasallorum. Hocque verius est: quoniam vasallus meus non est vasallus primi domini, nec econtra Imperator tenetur secundo vasallo aliqua lege feudi, nec Imperator pepigit cum secundo vasallo:

Ac si vasallus acquirit sibi alium vasallum 135
de voluntate domini, tunc non desinit etiam vasallus domini, nec feudatarius, nec cedit feudum alteri, sed concedit. Et sic est reperire utile dominium superius & utile inferius sub illo.

Et sic in *cap. 1. paragraphus illud, d. t.* in- 136
telligitur procedere in vasallo primo, concedente feudum secundo, quod non desinit esse vasallus domini. Nihil ergo potest obstare, quin ex offensa secundi vasalli, feudum, quo ipse privatur, perveniat in primum vasallum dominum suum.

Secus autem dicendum in vasallo venden- 137
te feudum de consensu domini: quia omninò desinit esse feudatarius. Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum d. constit. in 6. declarat.*

Licet ergò utile dominium primus vasal- 138
lus in secundum transtulisse videatur: quia tamen remanent reliquiæ, & eidem à se undo servitia debentur, & ipse primus est dominus quoad secundum vasallum, cumque ei æquè recognitio & fidelitas debeatur, sicque pro vasallo subinfeudantis haberi debeat; ex hoc jus subinfeudantis non est in totum absorptum, *l talem. § fin. de hæred instit.*

Et ita ratione illorum jurium remanen- 139
tium subinfeudanti, ipsi feudum applicatur, non Cæsaris fisco.

Quidam etiam voluerunt, utile dominiũ 140
remansisse penes vasallum subinfeudantem, & secundum habere exercitium, istius utilis, Andr. d. Isern. *in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Feder.* & Afflict. *ibid. n. 13.* dicens: Nec obstare, quod dicebat Jacob. d. Belviso, quod Baro infeudando alteri, nullum sibi remaneat dominium. Nam subinfeudanti remanet utile dominium, & secundo infeudato transfertur exercitium utilis, vel habet utile dominium subalternum. Et subjicit, quod 141
litera *sæpè d. §. illud.* expressè dicat, feudum propter culpam applicari Baroni subinfeudanti, & quod contra illum textum durum sit calcitrare: ut etiam dicebat Isernia.

Quin etiam Afflictus dicit in quæstione 142
glossæ de ultimo vasallo alienante, quod feudum aperiatur domino immediato, non mediato. Quod si velis dicere, glossam & Doctores communiter tenere de primo domino mediato, non immediato. Respondemus, eos loqui in alienante ex contractu venditionis à secundo vasallo, cum consensu

 domini:

domioi: fecus fi fimus in delicto, quando primus dominus offenditur per delictum, fecus per contractum. Quoniam tunc feudum applicatur fecundo domino, *d.* §. *illud.* cui fine divinatione, ut jam dictum eft fupra, refponderi non poteft.

143 Ac fi apud primum vafallum remanfit utile dominium faltem fuperius, tuoc applicato feudo ipfi domioo immediato, oec tunc utile feparatur à fua caufa, fed conjungitur fuæ caufæ, & magis congruit, quod conjungatur caufæ proximæ, quàm remotæ, cum etiam proxima caufa habeat utile fuperius, & utile fubalternum tranftulerit, quod propter fymbolum facilius poteft conjungi utili, viciniori, *§. 1. d. acceptilat.*

144 Et ad effectum in effe producendum caufa proxima & immediata, magis influit quàm remota, quod multum fubtiliter declarat Bald. *in d. §. illud. d. probib. feud. alien. per Federic.*

145 Hancque fententiam adprobant, & multis rationibus firmant Herman. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 11. num. 143. fol. 674.* Andr. Kohl. *tract. de fubfeud. cap. 4. n. 52. & feqq.* Rofenthal. *cap. 10. concl. 10. & cap. 11. concl.* Schrad. *part 9. cap. 8 n 1.* atque in hanc fententiam tranfiiffe Lipfienfes in cafu alienationis feudi fine domini confenfu factæ, teftatur Hartm. Piftor. *obferv. fingul 96.* eandemque fententiam latè quoq; defendit, ac pro vera & communiffima venditat Ant Quetta, *confil. 6. 7.*

Ubi in favorem Inclyti Ferdinandi I. Regis Romani, & Archiducis Auftriæ, contra Sereniffimum quondam W. Ducem V. refpondet, fubvafallum in fupremum dominũ delinquentem, amittere quidem feudum, fed illud ad immediatum five proximum Feudi dominum pervenire, multis ac ninis etiam operosè probat.

146 Et quamvis tum temporis W. Confiliarii & Advocati contradixerint, jusque Cæfaris defenderint, controverfia tamen tum mota duo hæc fingularia habebat, (1) quia tum non ut in præfenti de particularibus caftris & pagis, aliisque fimilibus bonis, fed de univerfo Ducatu, in feudum conceffio agebatur.

147 Quo in cafu multi Interpretes juris, & imprimis Marian. Socin. jun. *jam fupra laudatus, confil. 174. vol. 3.* qui tum temporis, jus W. contra Quettam & alios defendebat, opinantur, fi univerfum feudum à primo vafallo fubinfeudatum fuerit, tunc fubvafallo delinquente, feudum ad primum feu fuperiorem dominum redire Quâ de facti fpecie ut jam dixi, nobis nunc non eft fermo. Quamvis & hæcce fententia Mariani Socini per jam fupra deducta, admodum controverfa exiftat. Ac infuper (2) in prædicta W. caufa Invictiffimus Carol. V. Rom. Imp. omne jus fuum remiferat, prætenfumque condonarat delictum, ita ut dominus fubinfeudans non potuerit feudum fibi apertum effe urgere.

Vnd kōnden wir allhie vnangeregt nicht laſſen / daß in terminis vnſerer gegenwertigen Frag / wie wir glaubhafft berichtet / aber ſelbſt nicht geſehen / ein außführlich consilium für Herrn Ertzhertzog Leopoldi Hochfrſtl. Durchl. von Herrn Carln von Kirchberg / Canonico zu Paſſau auffgeſetzet / vnd erſtlich zu gedachtem Paſſau / hernacher auch zu Onoltzbach nachgetruckt ſeyn ſolle. Darinnen vnzweiffenlich noch mehr andere / vnd allhero woldienliche rationes zufinden ſeyn werden.

Vnd diſer anjetzo zu verhoffter Genüge beſtärckter vnſerer decision, kōnnen noch mōgen die oben zu Eingang geſetzte dubitandi rationes keinen Abbruch gebehren: dann obwol de jure civili ob commiſſum crimen Majeſtatis, alle deß delinquenten Güter confiſciert werden mōgen: ſo iſt jedoch ſolches vel ipſa naturali æquitate dictante, allein auff ſeine eigne / gar nicht aber auff ſeines Weibs / vel bona reſtitutioni obnoxia aliave conſimilia, & ita etiam conſequenter in keinen weg auff die Lehengüter (ſie ſeyen dann merè hæreditaria, ejusve naturæ, ut pro lubitu poſſeſſoris ad quemcunque alium transferri queant) zuziehen. Geſtaltſam auch bereits bey der funffeten decidendi ratione Anregung geſchehen / quod ſub appellatione bonorum in caſu confiſcationis feudalia non comprehenduntur. Feudum enim non eſt de facultatibus vaſalli, ſed duntaxat utile ejus, donec naturaliter & civiliter vivit, proprietas verò pertinet ad dominum feudalem, &c. & ita feudum apertum vel conſolidatur cum directo, vel lege feudali ipſo jure ad agnatos, &c. tranſit. Vniverſalis item propoſitio ſuper ita eſt intelligenda, ne tertio immerito damnum ingerat, Roſenthal. *d. F. cap. 11. concluſ. 13. lit. A.* 148

Quodque ſemper in generali diſpoſitione non veniant bona vel jura feudalia, niſi de illis ſit facta expreſſa mentio, tradit Decius, *conſil. 139. in fin.* Ubi inter cæteros adducit Signo. *conſ. 220.* & ultra eum Afflict. *deciſ. 14. num. 9.* & pleniſſimè Tiraquel. *de retract.* §. 1. *gl. 3. num. 2. & ſeq lib. 1.* ubi præcisè ex multis concludit, in generali diſpoſitione, haut venire bona, nec jura feudalia, niſi de illis fiat mentio particularis. 149 150

das Alt (wie die verba tituli 1. generalis, in
princip. *4. part.* lauten) wegen vilfältig ent-
standner Klagen abgethan/ dagegen nach reiff-
licher, deliberation ein billichmässiges Erb-
recht de novo constituirt worden.

Nam ubi leges binæ universales, vel inde- 83
finitè inter se pugnant, contrariæq; sunt: cer-
tum est, legem novam mutare, & corrigere
antiquam, quia duo contraria vel repugnan-
tia stare non possunt, *l. ubi Repugnantia de R.
I.* & ibi Decius, aliique Menoch. *de præs. lib.
6. præs. 38. num. 26. & seqq.* ubi id nullam
dubitationem habere dicit.

Porrò in specie, quoad statuta, opinio est 84
communiter à Doctoribus recepta: quod si
statuta non essent in corpore statutorum,
tunc neq; etiam in argumentum adduci, neq;
allegari possint. Ita Bart. scribit *in d. l. fin. ff.
de fals. per d. l. 1. in pr. C. de lat. libert. tollend.*
Felin. *ubi supra n. 19. vers. & idem si posita
fuisset, extra juris volum.* hocq; est de mente
Br. post Odofr. *in auth. dos data C. de donat.
ant. nupt.* & notatur *in c. translato. de constit.*

Auff die andere dubitandi rationem, quòd
nempe lex & constitutio regulariter futuros 85
tantum respiciat casus, & præteritos minimè
concernat; Wird erstlich geantwortet/ daß in
vnserm casu gar kein factum præteritum, wel-
ches im alten Landrechten seinen Anfang vnd
formam gehabt hätte/ enthalben: sintemal
die zweifeliche vngewisse spes, welche ein Ehe-
genoß ohne sonderbare paction ab intestato in
seines Ehegemächts verfangenen/ aber noch
nicht pleno jure besitzenden Gütern/ in dessen
Lebzeiten concipiren mag/ gar nicht legalis
oder considerabilis zuachten/ noch einig jus
quæsitum nicht operirt, wie albereit hieoben
in tertia decidendi ratione außgeführt wordẽ.

Zu dem (posito) obgleich ex acquisito à 86
conjuge prædefuncta nudo proprietatis jure,
superstiti marito einig factum præteritum
considerabile (vigente antiquo statuto) ent-
standen/ könte man doch nicht vermeinen/ daß
selbiges factum sein existentz/ Krafft vnd Wir-
ckung/ erst à facto futuro, soluti scilic. matri-
monii, vnd in dem newen Landrecht empfan-
gen/ darzu die acquisitio nudæ proprietatis à
conjuge defunctæ facta, als factum præteri-
tum, mit der Erb/ succession ex statuto, als
facto futuro nicht connectirt sey/ vnd daß di-
ses factum futurum weder seine dependenten
noch causam generantem à facto præterito,
sondern plenariè morte conjugis vnd statuto
habe. Atqui constans est Doctorum traditio 87
qua regulam illam secundæ dubitandi ratio-
nis (quòd scil. lex seu statutum futuros tan-
tum respiciat casus) limitant. Nempe quan-
do factum de præterito exspectat comple-
mentum & perfectionem suam, à facto de fu-
turo, factaq; illa non sunt connexa, ac imme-
diatè à se invicem dependentia, quod lex no-
va sua dispositione includat etiam factum de
præterito: ita tradit Felin. *in c. 13. n. 11. de
rescript.* Crot. *in l. omnes populi. n. 140. de Iust.
& Iur.* hinc Br. *in d. l. omnes populi. 7. vers.* 88
*sed pone statutum. & in l. illam. C. de donat.
script.* quod statutum excludens filiam dotatã

exſtantibus maſculis, excludat etiam filiam illam, quæ ante illud ſtatutum dotata fuerat. Et ratio eſt ſecundum eum, quia licet cauſa excluſionis (ſcil. dotatio) ſit de præterito, & hîc excluſio habeat originem ante ſtatutum, tamen caſus deferendæ hæreditatis eſt de fu-
98 turo: & ſic excluſio reverà conſideratur poſt ſtatutum: neq; excluſio à ſucceſſione dotantis ex connexa, & dependens ab ipſa dotatione. Hanc. Br. opinionem probarunt Felin. & Crot. *dict. locis.* Dec. *in c. Eccleſia S. Mariæ, col. 31. n. 52. verſ. facit quod notat de conſtit.* Brun. *conſil. 1. col. 9. n 63.* Campeg. *in tract. dotium. p. 5. quæſt. 7.* Socin. jun. *conſil. 21. n. 10. lib. 1.* referente nec contradicente Menoch. *conſ. 240. n. 30. & ſeq. l. 3.*

90 Vnd iſt das bey diſer dubitandi ratione angezogen Exempel de modo uſurarum nova lege conſtituto (quòd nempe uſuræ ante legem novam decurſæ, non diminuantur per legem poſteriorem, quæ novam uſuris dant formam) vns gantz nicht zuwider / dann diſes Exempel allhie gar nicht dienlich: Cùm notiſſimi ſit juris, per uſurarum ſtipulationem jus firmum ſtipulatori acquiri. Ideoque novâ lege jus illud jam quæſitum adimi non poſſit, ut hoc perpendit Gail. *lib. 2. obſerv. 9.* In noſtro verò caſu conjunx in conjugis bonis nullo modo, ut jam eſt deductum, ſpem habet firmam aut radicatam.

91 Vnd wird vorangeregte diſtinctio, quo ad factum præteritum, à quo factum futurum pendet, auch in dem Fürſtl. Würtemb. ernewerten Landrecht. *part. 4. fol. 428.* wol in acht genommen/dann daſelbſten in § ferner geordnet/daß der Todfall/vnd nicht die eheliche Verpflichtung anzuſehen/vnd den Erbfall bringen ſoll. In bald folgendem §. dieweil/ ꝛc. wird geſetzt/daß die im vorigen Landrecht erledigte Fäll vnter das newe Erbrecht nicht zuziehen/ noch jemands ein zuvor ſchon erlangtes Recht widerzunemmen/ ꝛc. daß diſe oppoſitio, da benantlich die eheliche Verpflichtung/ vnd die erledigte Fäll/oder ſchon erlangtes Recht/einander entgegen geſetzt werden / ſo vil zuverſtehen gibt/ daß die eheliche Verpflichtung für kein erledigten Fall / oder ſchon erlangtes Recht zuachten/dann ſonſten ſolche eheliche Verpflichtung/ vnd nicht der Todfall angeſehen werden müſte: Geſtaltſame in erſtangezogenem §. dieweil / ꝛc. noch mehr außtrucklicher explicirt, vnd was erledigte Fäll/die vnter das alte Landrecht gehörig ſeyen/erklärt wird/nemlich/ wañ (ut expreſsè ſonant) nach einer vnter vorigem Landrechten zertrenter Ehe/ die Theilung vorgenommen.

92 Belangende die dritte widerige rationem, hat es damit eine gleiche Beſchaffenheit/ wie bereits ad primam angezeigt worden / quòd nempè circa legem novam veteris correctoriam, eique directò contrariam, die alte gar in keiner conſideration mehr zuhalten/ſonderlich / wo die ratio diſpoſitionis nicht in jure naturali, ſondern (ut hoc noſtro in caſu) allein in voluntate ſtatuentis fundiri iſt/ adeò, ut legem illam correctam ad deciſionem cauſarum ne allegare quidem circa falſi pœnam liceat, gl. & Dd. *ad l. un. de Iuſtin Cod. confirmando.* Seb. Med. *de Statut. part. 2. q. 7. n. 11.*

Welches in noſtro caſu deſto mehr ſtatt 93
haben ſolle: da nicht nur ein abſonderlich ſolitaria lex nova, ſondern ein vollkommenes gantz newes Statutenbuch publicirt worden/dadurch dann das Alte für allerdings abgethan gehalten wird / vnd nichts mehr auß demſelben in cognitionalibus certaminibus (ut Juſtinianus loquitur) mag angezogen werden. Welches nicht allein *in dicta conſtitutione, de Iuſtin. Cod. confirmando.* Item, *conſtitutione de emendat. Cod.* ſondern auch ſupra in reſponſione ad primam dubitandi rationem, mit Rechtsgründen iſt beſtärckt worden.

Die vierdte dubitatio iſt faſt geringer Im- 94
portantz/dann jetzt vbliches Landrecht vil öffter das Newe/ dann das Ernewerte genant: vnd wird codex Juſtinianeus, ſo noch vorhanden/ auch repetitæ prælectionis, Item purgatus & renovatus genannt / da doch derſelbig allein gültig / prior verò editio gäntzlich abgethan/ vnd zuallegiren verbotten.

Die fünffte dubitatio beſtehet allein auff 95
einem facto, welches doch nicht erwiſen/ deßwegen de jure auch nicht præſumirt kan wer-
den. Animus enim quid facti eſt. *l. bona fidei.* 96
de acq. rer. dom. Ideoq; probari debet ab eo, qui illum allegat, Menoch. *conſil. 230. n. 25.* Vnd ob gleich (citra veritatis præjudicium) conjecturata mens defunctæ ex adverſo, angezogener maſſen / beſchaffen geweſen ſeyn möchte/ iſt doch dieſelbige nicht explicirt worden/ſondern pro imperfecta vnd informi voluntate, die in Rechten keinem kein hæreditatem deferiren kan, zuſchätzen.

Non enim ſufficit, teſtatorem vel legan- 97
tem aliquid voluiſſe, ſi id non expreſſit, Cravett. *conſil. 161. n. 14.* poſt Caſtr. *in conſil. 274. videtur dicendum. lib. 2. ex l. quoties. in pr. de hær. inſt. l. in ambiguo. de reb. dub. & extr. l. jubemus. Cod. de teſt.* Menoch. *conſ. 220. n. 100.*

So laßt ſich auch ab uſufructo legato ad 98
hæreditatis delationem gar nicht argumentiren/ cùm id nec ſenſus, nec verba legati patiantur, & legata omnino ſtrictè ſint interpretanda. *l. nummis. de leg. 3.* Dec. *in l in teſt. de R. I.* Alciat. *conſil. 44. lib. 9. n. 14* Menoch. *conſil. 279. n. 3.* Ja es laßt ſich vil ſcheinlicher ſagen/ weil die prædefuncta conjux, vmb deß newen Landrechtens diſpoſition wiſſens gehabt/ vnd derſelben mit dem legato uſusfructus expreſsè derogirt haben ſoll: deß andern aber (wie auß deß agirenden mariti übergebener Klag erſcheinet) gäntzlich geſchwigen/ daß ſie es in cæteris, bey dem newen Landrechten verbleiben wollen laſſen.

Cum

99 Cum disponentes suas dispositiones Statutis conformes esse voluisse præsumantur, etiamsi quoq; illa Statuta ignorarint, secund. tradita à Dd. *in l. haeredes mei. §. cùm ita. ff. ad SCt. Trebell.* ibiq; Ripa, *num. 75.* Menoch. *consil. 247. n. 23.* Jul. Clar. *lib. 4 sentent. § testamentum. quaest. 76. n. 6.* ubi plura congerit.

Auff die sechste dubitandi rationem ist hie oben ad primam decidendi rationem, ebenmässig auch schon geantwortet worden / quod scilicet superstes maritus in bonis prædefunctæ conjugi, quoad nudam proprietatem adfectis, in jhren lebzeiten / oder im alten Landrechten / noch einig jus quæsitum legitimum considerabile gar nicht gehabt.

100 Darzu hat das jenige / so de jure quæsito per Principem non tollendo, disputirt wird/ gar nicht statt/ wann ein solch jus einem allein ex dispositione Statuti gebühret/ vnd dasselbige durch keinen contractum angenommen vnd bestättiget/ auch vigente antiquo Statuto noch nicht purificirt ist / sondern es kan vnd mag solches der Princeps contrario Statuto nach belieben endern / vnd widerumb abthun.

101 Namque ea, quæ sunt meri juris positivi, nec in ratione aliqua naturali firmantur, Princeps ordinaria quoque potestate tollere potest, post omnes *in l. digna vox. C. de legib.* Idemq; Decius Curt. Sen. Campeg. Nattam, Alban. Menoch. *consil. 252. n. 79. & seq.*

102 Die sibende dubitandi ratio kan niemand jrr/ vnd von vnser Meinung abwendig machen, Weil wir nicht zudisputiren/ ob diß orts das new oder alte Landrecht billicher gewesen/ sed sufficit nobis, ad oculum demonstrasse, opinationem nostram jure Würtembergico novo approbari, eive conformem esse.

103 So mag auch was zum achten vnd letzten/ ex Doctorum communiori opinatione, præsertim Menochio fürgebracht/ nichts jrren/ dann in selbiem casu lucrum dotis dem Man nicht nur bläßlich ex Statuto, sondern zumal ex contractu dotali deferirt worden: alsodaß wann gleich conditio lucri competentis, sich erst nach geendertem Statuto zuträgt/ so wird sie doch ad principium contractus retrahirt. Angesehen/ daß constitutio atque restitutio oder lucrum dotis miteinander connectirt, vñ dise von jhnen jhre dependenz haben: wie solches Menochius. *d. consil. 140. num. 53. & 55.* selbst außlegt. Et ab Alderan. Mascard. *t. de Statut. concl. 7. n. 69. & concl. ult. n. 12.* mit mehrem erklärt wird.

104 In vnserm casu aber ist der succession halber/ cujus conditio sub novo demùm Statuto evenit, zuvor im alten Landrechten / in keinem contractu (wie sonsten es keines disputirens bedörffe) Verordnung geschehen. Welcher Ursachen dann auch das newe Fürstliche Würtemb. Landrecht *part. 4. tit. 1. in fin.* vnter denen Fällen / da man einander auff das Landrecht genommen / (ubi puta contractus intercessit) vnd selbigen / da man ehn all Geding zusamen geheuratet/ ein Underscheid macht/ vnd ferner verordnet/ daß in dem ersten/ das jus, so tempore initi matrimonii: Jm andern/ selbiges/ so tempore mortis gewesen/ bey der Vererbung in acht genommen sollen werden.

105 Vber das/ ist die angezogene opinio Doctorum de dote, secundum antiquum Statutum restituendâ aut lucrandâ, nicht so gar richtig: dann nicht allein Bartolus, sondern andere vilmehr Authores, die Menoch. daselbst/ *n. 56.* ex Roland. à Valle, *in tract. de lucro dotis. q. 93. n. 4.* citirt, die widerige Meinung für mehr recht vnd billicher achten.

Quemadmodum supra decisè continetur; Ita nos Decanus & Doctores Facultatis Juridicæ, in inclyta Academia Tubingensi (secundum ea, quæ nobis proposita sunt) solâ veritate & justitiâ, præ oculis habitâ, unanimiter sentimus, consulimus & juris esse respondemus; salvo tamen cujusvis alterius rectius sentientis judicio. In quorum fidem Facultatis nostræ Sigillum appressi fecimus. Actum in Collegio nostro, 8. Martii, Anno millesimo, sexcentesimo, decimo sexto, &c.

Consilium CLX.

Conjux superstes Conjugi præmortuo, cum liberis succedere volens, an propria bona in divisionem conferre teneatur?

Maritus, qui dotis nomine à Parentibus 1000. aureos acceperat, neque bona utpote vivis adhuc parentibus habebat, duxit uxorem opulentam, quæ 9000. in bonis habebat pleno jure. Et suscepto ex ea filio unico decessit. Vidua relicta divisit omnia bona, id est, decem millia cum suo filiolo secundum Fürstl. Würtemb. Landr. *fol. 336. §.* Nachdem. (deducta scil. prius præceptione aliqua jhrer Kleider vnd Kleinoder de qua *in §. præcedente*) atq; ita filio obtigerunt 5000. viduæ itidem 5000. sed cum invita fecisset hanc divisionem, susceptis postea ex secundo matrimonio plurib⁹ liberis, petebat in integrum restitui: prætendens summam iniquitatem, quod filius prioris matrimonii solus tantundem ferat de bonis maternis, quantû omnes filii posterioris matrimonii simul, idq; invita matre, quæ omnes ex æquo vellet suis frui bonis. Quærebatur, utrum in integrum restitui possit? Respondi, prius quærendum esse, an invita potuerit cogi, ut dicto modo sua quoq; bona cum filio divideret; nam si ea mens esset juris Municipalis; ut superstes nolens volens sua quoq; bona in divisionem conferat, frustra quæri, an in integrû restitui possit? sin alia

mens esset dicti juris, ut scil. invita non cogatur sua bona conferre, sed ita demum si præ-defuncto marito velit unà cum filio succedere, tunc posse restitui ea ratione: quod ex errore divisionem inierit, licet juris error sit, *l. error de juris & facti ignor. l. fin. ubi gl. C.* 2 *eod.* præcipuè in tàm gravi læsione, Dd. *in l. majoribus. C. coram utriusque iud. & in l. 2. C. de rescind. vend.*

Prius igitur discutienda est altera quæstio, 3 quam præmisi. Etsi autem non ignoro, plerisque omnibus paradoxum visum iri, si adversus tot annorum observantiam & inveteratam dividendi consuetudinem contendam, superstitem conjugem non cogi pati, ut sua quoque bona veniant in divisionem; tamen conabor invictis rationibus ostendere, non aliam esse dicti juris municipalis mentem & intentionem.

Primum in confesso est apud omnes, etiam 4 qui observantiam urgent, quod conjuges etiam susceptis liberis, maneant suorum bonorum (quæ singuli in matrimonium contulerunt) domini, neque communionem bonorum induci, ita ut adhuc singuli de suis propriis bonis liberè, etiam sine consensu conjugis testari possint, Landrecht. *fol. 259. rubr.* Daß einem jeden. ubi ait, hoc esse jus gentium, & civile, tàm cœlebibus, quàm in matrimonio viventibus competens, cui etiam jus municipale derogare nolit. & *fol. 262. §.* als auch. *& §.* vnd aber. contraria consuetudo aboletur, idque non tantum in illis conjugibus, qui non habent liberos, ex eo matrimonio, aut plane nullos neque ex eo, neque ex anteriore. *fol. 263. §.* Da aber. sed etiam quando ex eo matrimonio liberos habent, *fol. 264. §.* Da aber die Ehegemächt/ ibi: von obengesetzten seinen Haab vnd Gütern/ (nota, die obengesetzten seynd/ *fol. 263. §.* Da aber/ ibi: in die Ehe gebracht/ von seiner Lini ererbt. item, durch Testament ererbt/ vnd vberkommen/ item, der halb Theil Errungens vnd Gewunnens) *& fol. 291. c.* Was Eheleut.

Hoc ergò fundamento posito, quod bona 5 cujusque conjugis propria maneant, licet liberi ex eo matrimonio suscipiantur; consequens est, manere etiam ejus propria qui superstes est ea, quæ durante matrimonio ipsius 6 fuerunt propria. Absurdum est enim, per mortem conjugis, superstiti auferri propria bona, aut ea communicari demum in articulo mortis cum bonis defuncti: Mors est modus solvendæ communionis, non inducen-7 dæ, *l. adeò morte. 59. ff. pro socio.* Auferri autem ei & liberis applicari, ideò absurdum est; quia est contra regulam, viventis nulla est hæreditas. *l. 1. ff. de hæred. vend. cum similib.* 8 Quæ quidem regula juris gentium est, non civilis, ideò jus municipale nusquam ei derogare conatum est. Et ideò jure municipali seorsim succeditur patri, & seorsim matri, singulis scil. post mortem singulorum. Inde 9 patri succeditur in bonis paternis, matri in maternis, ut passim *lib. 4. de success. ab intest.*

Si ergò bona paterna dicuntur, in quibus 10 succeditur, necesse est aliquo momento in bonis patris viventis fuisse. Arqui si dicas, in articulo mortis communicari, & per illam communicationem, etiam partem maternorum bonorum fieri paterna, eo ipso intelligis te paterna vocare, quæ nullo momento patris fuerunt, scil. neque ante mortem, neque post mortem. Consequens est igitur omnia bona, scil. illa 9000, quæ conjugis fuerunt durante matrimonio, ejusdem etiam mansisse soluto per mortem mariti matrimonio. Mors esset modus acquirendi morienti, 11 quod plus quàm absurdum est. In tempus quidem mortis conferri acquisitio potest ut hæredi prosit. *l. 45. §. cum similib. ff. de V. O.* Sed ipse mors per se nunquam legitur esse modus vel inducendæ obligationis vel acquirendi dominii. Inter tempus & modum plurimum interest.

Secundò, cùm supra liquidè probatum sit 12 aus den Landrechten, Conjuges omnes sive liberos habeant sive non, habere tamen licentiam validè & efficaciter testandi de bonis propriis (quæ determinantur *fol. 263. §.* Da aber. & relativè in §. Da aber. *fol. 264.*) Ex eo etiam necessariò sequitur, dicta bona, ne quidem in articulo mortis præcedentis conjugis communicari. Nam aliàs sequeretur, aut testamenta pro illa parte (si non in totum) rumpi, pro qua parte communicatio fieri deberet, aut testatorem non habuisse jus de illa parte testandi, quod utrumque falsum est ex dictis locis. Si dicas, licuisse qui- 13 dem conjugi de illis bonis in totum testari, sed si non fuerit testatus, ante mortem conjugis, sibi imputare debere, cur illum casum expectaverit, & in illam necessitatem communicationis se conjecerit, *arg. l. sciendum. ff. qui satisdare coguntur.*

Facilis est responsio, jus testandi non pe- 14 dere ex tempore, & absurdum esse, cum, qui habuit jus de omnibus suis bonis testandi vivo conjuge, illud jus amittere mortuo conjuge, quod etiam Landrecht nusquam disponit, sed illud tantùm, wañ Eheleut einander erben sollen vnd wollen/ welcher massen das geschehen soll/ Non testari vel intestatum decedere, non est culpa, sit lege permittente, ergò pœnam non meretur.

Tertiò, si vera esset illa sententia, quam supra dixi, ex observantia, sequeretur con[illegible] es 15 esse necessarios hæredes. Atqui hoc nusquam dicitur, neque in communi jure, neque municipali. Ergò, &c. Imò hodie nulli planè sunt ampliùs necessarii hæredes, ne liberi quidem, ut notum est. Nam ad omnes hæredes pertinet §. Item, so die Eingesetzten. *fol. 501.* Ergò cùm Landrecht diserte dicat, in quibus

calibus

casibus speciale non disposuerit, in eo se-
quendum esse jus commune Cæsareum, se-
quitur cum nusquam disposuerit, conjuges,
in casu existentium liberorum, esse necessa-
rios hæredes, manere hactenus jus commu-
ne, ut volentes tantùm sint hæredes.

16 Quartò, animadvertendum est, quo loco
tradat Landrecht dictam successionem conju-
gum, scil. *fol. 336. sub rubrica.* wie Eheleut/
welche Kinder beyeinander erzeugt/ einander
erben sollen/ præsupponirt ergò, daß Eheleut
einander erben wollen/ sicut etiam in aliis ca-
pitulis omnibus successionis usurpatur hoc
verbum sollen/ & tamen non importat neces-
sitatem, sed præsupponit voluntatem succe-
dendi: da sie nun einander erben wollen/ ne-
cesse est, ut omnia sua bona conferant, auß-
genommen jhren bestimbten Voraus.

17 Nam quia hæc ratio admittendi conjuges
ad successionem cum liberis; est contra jus
civile, ideo jus municipale voluit eos quidem
admittere, sed ita, ut sua bona conferant, si-
cut aliàs jus novum civile admittit emancipa-
tos contra jus civile vetus, si sua bona con-
ferant. Si ergò superstes conjunx velit absti-
nere bonis & successione defuncti, debet re-
tinere sua bona integra.

18 Objicias adhuc, non posse locum esse huic
sententiæ, quia prædefunctus debuerit su-
perstiti legitimam relinquere, id est, virilem
cum liberis, & si nun fecerit, tamen eam le-
gitimam ipso jure competituram superstiti,
ut *s. d.* §. Sed respondeo, illum §. loqui de te-
stamentaria successione, nos de successione
ab intestato. Emancipatus debet etiam legi-
timam accipere ex testamento parentis, & si
non accipit, supplenda est ipsi sine collatione,
si nihil in ea dispositum sit testamento pater-
no. Et tamen ab intestato non aliter succedit
nisi conferat.

19 Quintò, si consuetudinem & observantiã
totius Ducatus urgeas: respondeo observan-
tiam & consuetudinem tantùm in eo esse,
quod ita successum sit hactenus. Non etiam
in eo, quod necessariò, & contra voluntatem
superstitum conjugum ita sit successum. Cæ-
terum, consuetudo præcisè & in terminis
probari debet ab allegante. Pone tamen, esse
consuetudinem etiam in hoc, tamen dicam
esse irrationabilem, ut quæ multa absurda in-
vehat, scil. communionem bonorum, contra
alios textus deß Landrechts/ hæreditatem vi-
ventis, fraudationem posteriorum libero-
rum, &c. Itaque (ut apertiùs dicam) faten-
dum est quidem, morte conjugis induci com-
munionem (si ita libeat appellare) in casu *d.*
20 §. *fol. 336.* Non possent confusa dividi, (nisi
prius essent confusa) sed communionem vo-
luntariam non necessariam, quæ tamen ipsa
communio non est propriè communio, quæ
fit, ut aliquandiu duret ad communia lucra &
damna, &c. sicut illa, quæ est inter socios,
quæ fit jure societatis, qualis etiam est illa,
quæ inducitur in aliquibus locis (ut in Gal-
liis) inter conjuges statim tempore initi ma-
trimonii, ut testatur Rodericus Suaretz, *de
acquæstis Conjugum, &c.*

Sed tamen collatio & momentanea com- 21
municatio ad effectum succedendi cum aliis,
sicut in qualibet alia collatione, bona ita mo-
mentaneè communicantur.

In summa, hæc communicatio habet om- 22
nia propria collationis, de qua *in tt. ff. & C.
de coll.* non habet autem propria communio-
nis, de qua *in t. ff. & Cod. pro socio.*

Hoc ergò posito, esse talem communica- 23
tionem, & dubitetur tantùm, an necessaria
sit, an verò voluntaria, cur non in dubio il-
lam interpretationem sumamus, quæ vitio
caret? *l. in ambigua. ff. de leg.* ex qua sc. nul-
la sequuntur absurda, cùm ex altera multa
sequantur absurda, ut supra est ostensum.

Sed ut clarius pateat, intentionem deß 24
Landrechtens/ non fuisse onerandi conjuges
contra jus commune (in quo conjuges bona
sua retinent sine diminutione ob mortẽ con-
jugis) sed honorandi ultra jus commune (se-
cundum quod inter conjuges non est succes-
sio: nisi post multos alios deficientes, puta fi-
lios, parentes, legitimos sive consanguineos,
juxta *t. ff. unde vir uxor.*) non auferendi quic-
quam, sed addendi considerentur. §. da aber
Eheleut/ *fol. 263. & seqq. & cap.* was Ehe-
leut die Kinder. *fol. 291.* quibus disponitur,
Conjuges sive liberos communes habeant si-
ve non, non posse alter alterum exheredare
vel præterire testando de bonis suis. Cum 25
tamen jure Cæsareo ne quidem opus esset ex-
hæredatione; sed & absque ea non succede-
rent. Hoc amplius considerandum est, quod 26
in d. cap. was Eheleut *fol. 292.* his verbis di-
sponitur, als vil einem Kind gebührt/ so vil
vnd nicht weniger soll ein Ehegemächt dem
andern von seinem Gut (id supra definitum
est *fol. 263.* §. da aber. & relativè ad illum lo-
cum *fol. 264.* §. da aber.) zuverlassen schul-
dig seyn/ dahin doch die Eheleut ohne sonder
bewegende Vrsach/ nicht bald kommen/ son-
dern zu Pflantzung vnd Erhaltung Ehelicher
Lieb vnd Trew einander in dem jenigen/ so sie
sonst ohn Testament voneinander erben möch-
ten/ zum gleichmässigsten bedencken vnd erhal-
ten Vides intentionem Landrechtens/ conju-
ges honorandos esse legitimâ de bonis de-
functi conjugis (contra vel præter jus com-
mune, ut supra dictum est) etiam illo casu,
quo liberi communes supersunt, doch sollen
sie es nicht leichtlich bey diser legitima als dem
wenigsten ibi, (so vil vnd nicht weniger) blei-
ben lassen/ sondern es mehren dem jenigen ge-
meß vnd zum gleichmässigsten/ so sie ab inte-
stato von einander erben möchten. Ergò præ-
supponirt Landrecht/ daß sie ab intestatu ein
mehrers als legitimam von einander erben
würden.

27 Quid igitur putes, Landrecht dicturum
fuisse in nostro casu, ubi mulier non tantùm
non consequitur legitimam de bonis mariti
prædefuncti, sed etiam de suo magnam por-
tionem, sc. aliquoties mille florenorum per-
28 dit: Versamur ergò hic (si usquam alibi) in
illa regula juris, inductum vel statutum ad
unum effectum, non debet operari contra-
rium. *l. legata inutiliter. de leg. 2. l. legata. de
adim. legat. l. ult. C. de præpositis agent. in reb.*
& infinities apud consulentes, inductum fa-
vorem non debet operari odium, ut hic, & in
specie, inductum ad ampliationem, non de-
bet operari diminutionem. *l. quod favore C.
de leg.* latè Joh. Jac. de Leonhardis *inter con-
silia Bruni. cons 117. num. 274.*

29 Quid igitur absurdius cogitari potest de
Landrecht / quàm quod voluerit, conjugem
intestato morientem, & nihil tale cogitantem
nocere conjugi superstiti, qui testato mo-
riens usque adeo nocere non potuisset, ut
etiam de suis bonis prodesse cogeretur.

30 Sed obiter etiam animadvertendum est
ratio dicti Landrecht / ibi; zu Pflantzung und
Erhaltung Ehelicher Lieb und Trew / ex qua
intelligi potest, quare Landrecht contra jus
commune non tantùm intestati successionem
det conjugibus, sed etiam legitimam neces-
31 sariò relinquendam statuat. Cogitandum est,
jus nostrum Christianum in eo etiam reces-
sisse à jure Cæsareo, quod hôc facilè dissol-
vuntur matrimonia, vel mutuo consensu vel
etiam causis non semper usque adeò gravi-
bus. *l. si constante. C. de repud.*

32 Nostro jure neque consensu neque causis,
nisi gravissimis, & non ut olim, voluntatis re-
pudiantis, sed judicis Ecclesiastici cognitio-
ne, judiciali sententia & separatione divor-
tium aut repudium esse permissum. Ergò ma-
jus est hodie vinculũ matrimonii, & sanctius
ejus jus, quàm olim. Ergò meritò major af-
fectio, major amor, majora ejus amoris &
affectionis adminicula atq; incitamenta sunt
inducta, ibi, zu Pflantzung und Erhaltung / etc.

33 Moribus & religione Christiana arctius est
vinculum inter conjuges, quàm inter paren-
tes & liberos, merito igitur inductum est, &
quidem liberis debetur jure communi legiti-
ma & parentibus, ita etiam jure nostro Chri-
stiano debeatur conjugibus. Sed hæc obiter.
Conjuges ergò hodie, ratione bonorum suo-
rum & lucrorum, non debent esse deterioris
conditionis quàm olim apud Gentiles, sed
melioris. Ita enim volunt leges nostræ muni-
cipales. Verum est, quod omnes objiciunt,
minimè mutanda esse quæ certam interpreta-
tionem semper habuerunt, *l. minimè. ff. de
legib.* Sed respondeo, illam legem pertinere
ad ea, quæ certam & legibus aut mente legis-
latorum non adversam, non absurdam, non
irrationabilem interpretationem habuerunt.
l. nam absurdum. ff. de oper. libert. Ad nostrũ
verò casum pertinere legem, *quod fine. ff. de
legib.* ibi quod errore primum, deinde con-
suetudine obtentum est, in similibus non ob-
tinet. Quod & respondeo ad id, quod supra
de consuetudine tetigi, nam ne quidem con-
suetudo appellanda est, quam error induxit.
Nam consuetudo inducitur scienter contra
legem ex consensu tacito populi. Hæc con-
suetudo inducta est ignoranter secundum le-
gem municipalem, ut putabatur per errorem
sine consensu. Nihil enim cosensui magis est
contrarium quàm error.

Possem hic inducere de absurdis intelle- 34
ctibus & consuetudinibus, quod nullum jus
faciant, und mehr Missbräuch seynd / ut lo-
quuntur Recessus Imperii, sed illa obvia sunt
omnibus. Hæc putavi ad hanc rem quam o-
stendendam suscepi, sufficere, quæ fortasse &
clarius & uberius demonstrabuntur ab aliis,
ubi hæc sententia non amplius tam nova & in-
solens, sed humanior & benignior videbitur.

Restabat dicere de collationis jure, si con- 35
junx conjugi testamento relinquat legitimã,
vel non relinquat quidem, sed ea, lege mu-
nicipali nihilominus præstatur & præstanda
sit, *d. fol. 263. & 264.* an conferat bona sua
conjunx superstes? Nam ab intestato con-
ferre, liquidè, ut opinor, probatum est. Et
quidem secundum analogiam juris commu-
nis dicendum est, & hîc (scilicet ex testamen-
to) conferre, si velit succedere, sive minus,
sive amplius testamento relictum sit, ut om-
ninò eadem ratio sit succedendi ab intestato,
vel ex testamento, quoad collationem, argu-
mento *auth. ex testamento. Cod. de collat.*

Nec movet me, si quis objiciat, multis ca- 36
sibus inanem fore dispositionem dicti §. Da
aber. *fol. 263* omnibus scilicet illis, quibus
superstes conjunx conferendo bona sua mi-
nùs habiturus est ex successione, quàm habi-
turus esset abstinendo, ab hæreditate præ-
defuncti conjugis. Imò verò, omnibus
omninò casibus inanem fore dictam disposi-
tionem, quæ velit, ut superstes consequatur
ex bonis testatoris legitimam atque confe-
rendo, illam consequi non de bonis testato-
ris, sed partim de suis, partim de testatoris,
& multis casibus plus vicissim amittat de suis
propriis, quàm consequatur ex bonis defun-
cti, &c. hoc inquam, non movet.

Nam & emancipatus & suus omnis instituen- 37
dus est in legitima saltem, aut illa ei relin-
quenda, & tamen uterque confert, tàm ex
testamento, quàm ab intestato bona profe-
ctitia, ubi itidem sæpè contingere potest, ut
emancipatus plus conferat, quàm ablaturus
esset. Jus instituendi hæredem, ac relinquen- 38
di legitimam, separatum est à jure collatio-
nis, utrumq; suis specialibus rationibus con-
stituendum est in universum, ut omnibus casi-
bus prospectum sit, id est, etiam illis casibus,
quibus emancipatus, aut suus nihil proprii
habet,

habet, quod conferre possit, aut cùm minùs habet, quam legitimam, quo casu utilis est ei dispositio juris, quæ eidem in effectu inutilis foret, si plus amitteret conferendo, quàm re-
39 tineret abstinendo. In abstracto tamen, & sine consideratione quantitatis, quæ confertur, omnimodo utilis & necessaria dicta dispositio relinquendi. Ita hæc omnia dici etiam possunt in dispositione, *d.* §. *da aber. fol. 263.* de institutione conjugum. Sed tamen non diffiteor, in hoc esse discrepantiam, quod emancipatus conferat tantùm bona profectitia, ut dictum est; Sed conjunx omnia. Et qui profectitia bona habet, & confert nihilominus, dici potest habere legitimam ex bonia patris, utpote à quo profecta sunt. At qui
40 adventitia confert, ut conjunx, & nulla fortasse bona habet à conjuge profecta, is non potest dici ex bonis, & de bonis conjugis prædefuncti habere legitimam. Unde hoc desidero in jure municipali, quod non specialiter & nominatim determinaverit. Veruntamen illud ita neglectum esse cum videam, etiam emancipatum olim adventitia non minus, quam profectitia contulisse, *l. 6. C. de collat.* & ibi Cujac. *in parat. num. 6. ar-* 41
gumento. l. 1. in princ. & §. *qui ab hostibus, &* §. *seq. ff. eod.* nihilominus ei fuisse legitimâ relinquendam, licet non jure civil, secundum quod consistebat testamentum, tùm temporis tamen jure prætorio data bonorum possessione contra tabulas, §. *emancipatos, instit. de instit. liber. &c.*

David Magirus, D.

Consilium CLXI.

An dominus fundi servientis, in eo quicquam facere possit, per quod usus servitutis deterior, incommodiorve fiat, vel etiam impediatur?

Der Fall/ darüber unser subsignirter Decani und Doctorum der Juristen Facultät gemeiner Hohenschul zu Tübingen Rechtlich Bedencken (adjunctis præcipuis dubirandi & decidendi rationibus) begehrt wird/ verhält sich kürtzlich also:

DEs ist zwischen Herrn Eliæ Epplins/ Burmeisters/ und Herrn Abraham Müllers/ Gerichtsverwandten ehelicher Haußfrawen/ wie auch eines Becken zu Nürtingen eigenthumlichen Häusern und Scheuren/ ein area, und leerer zuvor niemals uberbauter Platz gelegen/ also/ daß solcher Platz zwar fornen gegen der Gassen gantz frey/ aber sonsten auff drey Seiten mit Häusern umbgeben/ in deme auff einer Seiten Herrn Burgermeister Epplins Hauß/ und Herrn Abraham Müllers Scheuren/ nit gar zum halben theil an disen Platz stösset/ aber auff beeden Nebenseiten auch zwey Häuser/ nämblich Ehrngedachten Herrn Müllers und eines Becken Behausung gebawt. Ungeachtet aber vor mehr als hundert Jahren/ nämblich Anno 1505. zwischen den Innhabern beeder Partheyen Häuser und Scheuren/ rechtlicher Außspruch ertheilt/ daß ein Besitzer Herrn Müllers Haußfrawen Behausung/ Macht haben solle/ auff disem Platz mit bestimbter Maß (reverenter) zumisten/ **und keiner den andern an der Einfahrt/ oder andern zeiten ungefährlich/ irren noch engen soll.** Auch noch fernners erserst in Anno 1605. auff abermals vorgefallenen die Mißstatt berührenden Streit/ ein Bescheid (dessen Copy *sub num. 1.* beygefügt/ und welcher/ wegen underlassener prosecution angemaßter appellation, in Würcklichkeit gelangt) für Herrn Müllers Vorfahren ergangen/ auch unbetrachtet Ehrngemeldter Herr Burgermeister Epplin nicht in Abred/ daß solcher Platz/ welchen er für sein Eigenthumb achtet) mit einer Servitut beschwert/ und die innhabere Herrn Müllers Behausung auff selbigen Mißstatt halten/ wie auch darüber den Wandel und Einfahrt in die Scheuren zugebrauchen berechtigt. Jedoch diß sämtlich hindangesetzt/ thut sich Herr Epplin underfangen/ entwehnten Platz allerdings zuüberbawen/ angesehen er jme (wie man disseits berichtet würd) vorgenommen/ disen newen Baw auff freye Seulen zusetzen/ und ein Theil deß undern Stocks gegen Herrn Müllers Behausung hohl zulassen/ mit solcher prætension ob solten hierdurch Herr Müller und die seinige/ weder im Eingang/ Wandel/ Zu: und Einfahrt gehindert/ noch auch jhnen das Mistlegen/ welches in der Trückne under angeutem newen Bau geschehen müßte/ verwehrt werdẽ.

Obwol nun Herr Epplin noch der Zeit nit gnugsamb bescheint/ daß strittiger Platz jhme allein eigenthumblich zugehörig: sondern vilmehr zuvermuten/ wie selbiger entweders beeden Partheyen gemein/ oder der Statt zuständig/ und ein Allmeind seye; den Fall jedoch gesetzt/ es were mit prætentirtem dominio auff Seiten Herrn Epplins richtig/ auch Herrn Müllers Ehefraw und Kinder wegen jhres Hauses und Scheuren/ (als prædii dominantis) sich allein auff disem Platz einer servitut deß Wandels/ Einfahrt und Mistlegens/ zugebrauchen: Beneben aber durch Herrn Epplins Vorhaben nicht allein der zu Herrn Müllers Behausung gehöriger Thung mehrtheils in trückne verbleiben müßte/ Sondern auch die Einfahrt mit beladenen Wägen/ wa nicht

gäntzlich

gängzlich/ jedoch fast allerding (weil man keine
gnugsame Weitin zum Ranck haben köndte)
benommen würde. Derenetwegen ist auff diß-
mals die Frag/ vnd mit satten Rechtsgründen
außzuführen: Ob Herr Epplin vorhabenden
Baw auff strittigem Platz in das Werck zuse-
tzen/ ædificiumque suspensum, cum pilis sub-
jectis zuexstruiren befügt: Oder vilmehr/we-
gen gestandener servitut, hiemit innzuhalten/
schuldig seye? Hierauff nun vnser erfordert
Bedencken zueröffnen/ erzeigen sich zwar etli-
che nit schlecht scheinliche Vrsachen vnd mo-
tiven/ daß Herr Epplin gute Fug vnd Macht
habe/ solchen vorhabenden Baw Herrn Abra-
ham Müllers gantz vnverhindert fürzunemen/
vnd in das Werck zurichten.

1 Dann erstlich ist vnverborgenen Rechtens/
dominum prædii servientis in suo facere pos-
se, quicquid vult, *l. 1. §. de nov. oper. & §.
item ajunt. de aq. quotidian. & æstiv.* Modest.
Pistor. *cons. 14. num. 5.* Marcus, *decis. Delphi.
499. n. 1. vol. 1.* Gail. *obs. 69. n. 7. & 8. lib. 2.*
2 *pract. observ.* Quilibet enim rei suæ mode-
rator & arbiter est, *l. præses, C. de servitut. l.
in re mandata. C. mandat.*

3 Sic etiam dicitur, quod servitus sit res o-
diosa, & econtra favorabilis conservatio li-
bertatis, *l. libertas. ff. de R. I.* Cravett. *cons.
292. num. 3. vol. 2.* Köppen. *decis. 15. num. 2.*

4 Hinc ædificare in suo licet cuique, *l. altius
C. de servit. l. cum eo l. Imperatores. ff. de ser-
vit. Urbanor. prædior. l. proculus. ff. de damno*
5 *infecto. l. fluminum. §. fin,* etiamsi tale ædifi-
cium noceret vicino, dum tamen principali-
ter factum sit, ut sibi prosit, non autem ut vi-
cino noceat. Alex. *in consil. 174. col. 2. in fin.
vol. 2.* Decius. *in consil. 489. col. 3. in pr* Jas.
*in consil. 32. col. 1. vol. 1. & in consil. 98. eod.
vol.* Berous *in consil. 134. n. 26. vol. 3.* Marsil.
in sing. 154. Boer. *in decis. 320. n. 4.* Cephalus
in cons. 130. n. 2. Menoch. *de arbitr. judic. cas.
156. n. 3. & seq.*

6 Nemini enim facit injuriam, qui suo jure
utitur. *l. si quis donaturus, §. si quis indebitam.
ff. de condict. ob caus. l. injuriarum. §. 1. ff. de
injur. l. 3. §. is tamen, ff. de liber. homin. l. nul-
lus videtur. ff. de reg. Iur.* & non meretur quis
7 pœnam in eo, quod facit, lege permittente,
l. Gracbus, C. de adult.

In dubio autem censetur, quis ædificare ad
8 utilitatem propriam, non ut noceat alii, latè
Surdus *consil. 154. n. 12.* ubi quod fortius est,
9 subjicit, ubi quis facit mixta ratione, ut sibi
prosit & vicino noceat, sustinetur ædificium
ex causa, quæ prodest, allegat Baldum & alios.

10 Qua ratione etiam illud extra omnem
controversiam positum est, quod dominus æ-
dificii altius istud, invitis etiam vicinis, quo-
rum prospectui & luminibus officit, tollere
queat. *l. altius. C. de servit. l. si tibi 10. in fin.
C. eod. & l. cum eo. 8. ff. de servit. Urbanor. l.
Proculus 26. ff. de damno infect. l. 1. §. denique
Marcellus ff. de acq. pluv. arcenda.*

Vnd obgleich fürs ander/ vilgedachtem A- 11
braham Müllern/ die Dienstbarkeit die Ein-
vnd Außfahrt/ wie auch deß Mistens an sol-
chem Platz gebührt/so were jedoch solche dienst-
barkeit dem Epplin tanquam domino prædii
servientis nicht verbotten/solchen Platz zuvber-
bawen. Alex. *cons. 231. incip. ponderatis his, de
quibus in themate, &c. per tot. vol. 6.* Ubi *n.* 12
2. illud maximè procedere affirmat in servi-
tute ejusmodi concessa circa prædia Urbana.
Eandemque sententiam latè confirmat Bart.
Socin. *in consil. 105. incip. prosequendo ordinem
superadictarum quæstionum, &c. n. 1. post pr. &
consil. 141. incip. consideratis facti contingen-
tia. &c. n. 1. vers. His tamen non obstantibus.
vol. 1.* Atque hinc in similibus terminis con- 13
cluditur, quod permissum sit domino agrum
servientem reducere ad culturam, ita decidit
Cravetta. *consil. 292. n. 4.* adducens rationes.

Primò ex eo, quod servitus acquisita dica- 14
tur tàm diu manere, donec res manet in statu
præsenti. *l. quæro. §. inter locatorem. locati. l.
quod servis. de condict. ob causam.* Vnde data
cultura servitutem pati diminutionem.

Secundò, cum servitutum materia stricta 15
sit, ut non recipiat extensionem personarum
& actuum, diversa sunt jus pascendi, & pro-
hibere, ne fundus serviens ad culturam redi-
gatur. Nam jus pascendi continet servitutem
affirmativam, jus verò probibendi culturam
negativam, quæ duo & materiâ & causâ diffe-
runt. ut declarat Aym. Crav. *d. cons. 292. n. 4.
post alios ibi allegatos.*

So wird fürs dritte/ solchem vorhabendem 16
Bawen zubehaubten Burgermeister Epplins
seits eingewandt/daß Abraham Müllern durch
solchen vorhabenden Baw/ weil man densel-
bigen auff Säulen zusetzen vermeint/ an seiner
habenden Auß- vnd Einfahrt in die Schwer ei-
nige Verhinderung/Engung/ Sperrung oder
dergleichen Beschwerligkeit nicht zugefügt wer-
de/sonder daß er Müller sich der Zu- vnd Auß-
fahrt/in bemelte Scheuren/ einen weg als den
andern gantz vnverhindert gebrauchen könne.
So ist auch wol zuvermuten/ daß obgedachter
Burgermeister Epple/ jhme selbsten durch sol-
chen vorhabenden Baw guten Nutzen vnd
commoditát schaffen köndte. Jam verò cogi-
tur quis etiam in suo, ne dum in alieno, in
quo jus servitutis tantùm habet, facere vel pa-
ti, quod sibi non nocet, & alteri prodest, *l. 2.
in fin. ff. solut. matrim. l. si quis sepulchrum ff.
de Religiosis. l. in Creditore. 38. ff. de evict. l.
quia poterat. ff. ad SCt. Trebell. vulgat. l. 2. §.
item Varus. ff. de aq. pluvia.*

Letztlich so wird zu Bestettigung Herrn
Burgermeister Epplins intention, noch wei- 17
ter eingeführt/ recepti juris esse, quod is, qui
alteri servitutem debet, circa illius usum ex
causa variare, & aliquid immutare possit, si
hoc ipsum sine magno incommodo & dispen-
dio illius, cui servitus debetur, fieri possit,
juxta

juxta glossam ordinariam *in l. si cujus. in verb.*
Non liceret. ff. de servit. & ibi Br. *n. 5.* & Paul.
de Castro, *num. 3.* qui illam ad hoc commen-
dant & notandam esse dicunt. Cæpol. *in tract*
de servit. rustic. prædior. cap. 1. n. 7. Borgn.
18 Cavalc. *decis. num. 37. lib. 5.* ubi supra addu-
ctam regulam, quod scilicet servientis fundi
dominus nihil quicquam in præjudicium vel
incommodum prædii dominantis facere de-
beat, intelligendam esse ostendit de incom-
modo magno & considerabili, non autem de
19 levi. Nam etsi jure scripto deficeremur, æqui-
tas tamen (ut alibi scriptum reliquit Paulus
JCtus) suggerit, quod utilitas alicujus magna
exiguo alterius incommodo potior esse, nec
damnum tertii modicum, magno ac evidenti
alterius commodo obstare debeat, argumen-
to text. *in l. un. §. sed & si alia. ff. ne quid in*
flum. publ. gl. in l. 2. §. It. Varus, in verb. noci-
turus est ff. de aq. pluv. arcen. Bart. *in l. de pu-*
pill. § si quis rivos, n. 5 ff. de operis nov. nunciat.

Rationes decedendi.

Wiewol nun die vorher eingeführte dubi-
20 tandi rationes nicht geringschätzigen/ sondern
vilmehr starcken Ansehens. So wird jedoch der-
selben unverhindert mit besserm Verstand und
Grund geschlossen und decidirt/ wa fern Bur-
germeister Eyplin vorhabender Bau dem A-
braham Müller an seiner Zu: und Außfahrt
der Scheuren/ oder auch nur allein an dem mi-
sten einige Verhinderung/ Abbruch oder Nach-
theil (immassen dann allem Ansehen nach sol-
cher Baw anderst nicht fürgehen kan) zufügen
solte/ daß auff solchen Fall er Eyplin solchen
fürzunehmen nicht befügt/ sondern sich dessen
zuenthalten schuldig.

Clari enim juris est, dominum fundi ser-
21 vientis, servitutem vicino suo rectè constitu-
tam, deteriorem facere non posse. *l. servitu-*
tes. §. si antea. ff. de servit. præd. urbanor. l. sed
si quis. §. proprietatis. ff. de usufr. l. etsi forte.
§. fin. ff. si servit. vindicetur. l. certo generi. §.
si totus. ff. de servit. prædior. rustic. l. 1. §. La-
beo putat. ff. de aq. quotid. & æstiv. l. in frau-
dem. §. Creditor. ff. de iur. fisc. Cravett. *consil.*
226. n. 3. vers. Ergo si competit. vol. 1. Bartol.
in l. divortio §. si feudum. n. 3. ff. solut. matri-
mon. Gail. *observ. 67. n. 5. lib. 2.* Fürstl. Wirt.
Landrecht. *part. 2. tit. ult. f. 324.* Riminald.
cons. 86. n. 14. Surdus, *cons. n. 22.*

Quod ex sententia Doctorum usq; adeò
22 locum habet, ut impeditus à domino fundi
servitutē, propria authoritate impedientem
repellere possit. Cravett. *consil. 4. num. 7. vol.*
1. Cæpoll. *tract. de servit. præd. urban. tit de*
servitut. tign. immit. n. 10. vers. si persona Ec-
clesiastica. arg. l. scientiam. §. qui cum aliter.
ad L. Aquil. l. 1. C. unde vi.

Quamvis autem, quæ modò citata sunt
jura, non exprimant in specie dominum fun-
23 di servientis, ne ad modicum quidem fundi
dominantis præjudicium, deterioriorem ser-
vitutis conditionem facere posse, satis tamen
hoc ipsum important: Deteriorem namque
servitutis condititionem facit, non tantum
is, qui magno cum detrimento domini fundi
dominantis, sed etiam qui modico cum ejus-
dem damno & incommodo, usum servientis
minuit vel lædit. Proinde jus prohibens, ser-
vitutis conditionem deteriorem fieri, etiam
ad deteriorem rationem modici præjudicii
spectat. Cùm, quod regulariter dispositio in
jure nostro, de damno vel præjudicio alterius 24
facta, etiam de modico intelligenda sit, gloss.
in c. cùm olim. extra de consuet. quam allegat
& sequitur Bertrand. *consil. 377. n. 26 vol. 6.*
tùm quod verba generalia, generatim exau- 25
diuntur. *l. de pretio. ff. de publ. jud. l. 1. §. ge-*
neraliter ff. de bonis author. judicum possidend.

Omnia enim includuntur generali verbo. 26
Bald. *consil. 191. in testam. lib. 1.* nec incertum 27
quicquam â generali sermone relinquitur.
Cravett. *consil. 333 n. 4.* Atq; hæc interpre- 28
tatio generalibus verbis apta, eò magis hoc
casu usurpanda, quo agitur de jure & usu ser-
vitutis conservando: semper autem disposi-
tio, quâ conservatur jus nostrum, favorabilis
esse dicitur, *l. si unus. § pactus nè peteret. vers.*
quod & in specie. ff. de pact. & dispositio favo- 29
rabilis latè accipienda est, Signorol. *consil. 21.*
col. 8. vers. tertio decimo. per l. 1. §. nunciatio
fit. & §. juris nostri. ff. de oper nov. nunciat. l.
1. ff. solut. matrimon. & ideo opinio in dubio
potior habetur, per quam jus alterius conser- 30
vatur. Paul. de Castr. *consil. 106. dubia, in qui-*
bus quæritur. col. 2. in fin. lib. 1. Cravett. *con-*
sil. 592. n. 62 & consil. 491. n. 13. Et disposi-
tio favorabilis largius interpretanda est, *cap.* 31
fin de præbend. juncto cap. pen. de verbor. sign.
cap. odia, de R. I. in 6.

Accedit hujus rei confirmationi, quia, qui
jus aliquod, vel usum juris tollere non potest, 32
nec minuendi potestatem habet, *l. cùm filius.*
in fin. ff. de testam. milit. l. quod de bonis. §. fin.
ff. ad L. Falcid l. si optio. ff qui & à quibus.

Hinc, qua ratione Principi jus totum va- 33
salli perimere non licet, eâdem nec detrahere
quippiam huic juri potest, Bald. *consil. 326.*
Rex Romanor. n. 9. post med. Socin. jun. *consil.*
74. n. 20. vol. 1. Natta *consil. 408. num. 8. facit*
textus, in l. si optio. qui & à quibus. & Jason.
in consil. 1. col. 3. lib. 1. dicens: Principem jura
regalia in præjudicium successorum æquè mi- 34
nuere, ac subvertere non posse, Castrens. *con-*
sil. 283. visis & ponderatis dictis. col. 2. post med.
lib. 1. Jus pacto quæsitum non magis limitan-
do aut modificando diminui aut restringi, 35
quàm tolli, Cravetta, *consil. 933. num. 3.*

Quò autem secundò splendidius monstre-
tur, dominum fundi servientis, ne quidem ad 36
modicum detrimentum, jus servitutis alteri
debitæ, offendere posse, producimus *l. 1. §. non*
autem. ibi deterior fiat. juncto §. deterior. ibi,
vel difficilior sit, aut rarior, & ibi incommo-
diorem,

diorem, *ff. de fluminibus, & l. 1. ff. de via publica. §. si quis sub specie*, ibi, vel in viam terrenam glaream injicere, aut sternere viam la-
37 pide: Ubi probatur, deteriorem usum rei facere intelligi, qui vel modicam & levis præjudicii remoram & incommoditatem injicit.

38 Et, ut tertiò speciei controversæ terminos magis ingrediamur, prætermittenda non est, *l. loci Corpus 4.* ibi, nam etsi arborem: & ibi invium, *ff. si servitus vind.* ubi dominus fundi servientis in servitutem itineris vicino per fundum debitam offendit, vel arborem in locum itineris destinatum plantando, qua ex re invium iter quodammodo redditur, in tantum, ut confessoria quoq; actione eo nomine
39 pulsari possit. Quis autem non videt impedimentum itineris ex arbore injecta promanans, modicum saltem fundi dominantis domino præjudicium afferre, dùm levi saltem circuitu, à recto itineris tramite seducitur.
40 Concinit in specie non dissimili. *l. si arborem 17. ff. de servit urbanor. præd.* ubi adversus impedimentum, in usu servitutis à domino fundi servientis modico etiam cum præjudicio objectum, domino fundi dominantis conquerendi facultas tribuitur.

Quibus quartò obfirmandis accepit jus Provinciale *part. 2. tit. ult. fol 325.* ubi hisce
41 verbis cautum extat: Es soll der Herr deß Grunds/ darauff die Dienstbarkeit stehet/ den jenigen/ welchem solche Dienstbarkeit gebüre/ daran nicht hindern/ sondern jhne dieselbigen gebrauchen vnd geniessen lassen/ wie sichs gebürt/ billich vnd recht ist. Der Herr deß Grunds soll vnd mag auch zu Nachtheil vnd Verhinderung der Dienstbarkeit/ in seinem Grund oder Gut nichts bawen oder machen.

42 Ex quo loco juris provincialis annotandum non simpliciter, sed universalibus negativis verbis domino fundi servientis injungi, ne ædificando in fundo serviente quippiam in præjudicium domini fundi dominantis moliatur, ibi; Nicht zu Nachtheil bawen oder ma-
43 chen. Porrò universalis negativa fortiùs operatur, quàm affirmativa, gloss. *in hoc genus. ff. de condit & demonstrat* Cravetta, *consil. 581.*
44 *n. 12.* & præposita verbo *potest*, excludit omnem potentiam. Riminald, *consil. 538. n 29.* Martinus Garrat. *consil 15. n. 11. inter consilia matrimonial.* Ruin. *consil. 203. n. 5. vers. nec etiam obstat. vol. 1.* Paris. *consil. 51. num. 1.*
45 *vol. 4.* atque adeò ad omnia trahitur, omniaque negat, & casus omnes excludit. Natt. *consil. 461. n. 20.* Rube. *consil. 51. col. 1.* Menoch. *consil. 36. n. 13.* Rimin. *consil. 116. n. 6. & 7.*

46 Ex quibus efficitur, juris provincialis prohibitionem, de non ædificando quippiam in detrimentum domini fundi dominantis, propter verba universalia, eaq; negativa, ad modici etiam domini impedimentum pertinere.

47 Quintò, ut hæc nostra decisio, Doctorum quoq; autoritate stabiliatur, adducimus Cravettam, *consil. 383. n. 14.* ita scribentem, jus non esse domino fundi servientis quicquam in eo facere, per quod usus servitutis, deterior incommodiorve, ratione quacunq; fiat, nedum impediatur. adducit Paul. de Castro. Aretin. & Alcan. *in eorum consiliis*, quibus adjiciendus est Berojus, *consil. 159. n. 22. vol. 3.* ubi modicum etiam damnum, quo alterius jus læditur, considerandum esse vult: sed & 48
Surdus, *consil. 347. n. 22.* allegat Cepollam de servitutibus scribentem, non posse à do- 49
mino fundi servientis in præjudicium servitutis alteri debitæ concessionem fieri, quæ aliquo modo nocere possit.

Sextò, utraq; servitus tàm viæ, quàm sterquilinii, de quibus in præsenti agitur, immemorialis temporis usu & exercitio firmata est, 50
Hæcque translatio & acquisitio non solùm 7 intelligitur respectu bonorum, quæ quis habebat tempore ingressus, sed etiam futurorum, & post ingressum ad eum devolutorum; quoniam quicquid acquirit monachus & monialis, indifferenter monasterio suo acquirit, *c. cum ad monasterium. d. stat. monach.* Alex. *consil. 139. num. 9. lib. 2.* Curt. jun. *consil. 48. circ. fin. lib. 1.* Rimin. jun. *cons. 215. n. 75. lib. 2.*

Proinde etiam, cùm monacho vel moniali 8

post

post ingressum aliqua hæreditas ex testamento, seu ab intestato defertur: illa statim monasterio acquiritur, in eamque monasterium pro monacho seu moniali succedit, quod & decisum videtur per concilium Tridentinum *sess. 25. de Regular. cap. 2.* ubi cavetur, nemini Regularium tam virorum quam mulierum licere possidere bona eis quovis modo quæsita, nec nomine proprio, neque monasterii, sed ea statim conventui incorporari.

9 Et licet Legistæ communiter concludant, quod monasterium oon possit hæreditatem delatam monacho adire, sed jus adeundi ad monachum spectet, Bart. & alii *in l. 1. ff. de vulg. & papill.* Bero. qui de communi testatur, *consil. 86. lib. 1. n. 9.*

10 Contraria tamen opinio verior reputatur: & secundum eam, indistinctè monasterium adire potest hæreditatem, monacho seu moniali delatam, Capra, *consil. 40. n. 16. & seq.*
11 etiam monacho ignorante seu invito, Ruin. *cons. 222. n. 7. lib. 2.* Alex. *in l. 1. §. per servũ. n. 12. ff. de acquir. possess.* Riminald. jun. *consil. 654. n. 8. & seq. lib. 2. & consil. 341. n. 27. & seq. lib. 3.*

12 So seyndt jedoch hingegen à parte der Frawen Beklagtin dergleichen starcke vnd in allen Rechten wol fundirte exceptiones eingewendet/ wordurch die fürgebrachte Klag gänglich elidirt, vmbgestossen vnd zu boden gelegt worden.

13 Primò enim vix probabilem dubitationem habere potest, quin filia, monasterium ingredi volens, hæreditati paternæ renunciare possit, idque si juratò fiat, monasterium porrò ab omni hæreditatis petitione, similibusve actionibus & remediis, quæ aliàs liberis ad consequendam paternam hæreditatem in jure prodita sunt, excludi, idque per *c. quamvis. de pact. in 6.*

14 Quod licet de filia matrimonio collocanda loquatur, id tamen generali ea nititur ratiooe, quod juramentum, si nec vi, nec dolo præstitum sit, nec vergat in dispendium salutis æternæ, aut tertii præjudicium, omninò debeat observari.

15 Quæ quidem ratio quin & in proposita specie locum habeat, negari noo potest. Quare cum monasterium hoc in casu succedere non possit, nisi ex persona monialis, & illa jam exclusa fuerit per renunciationem juratam, non videmus, quo jure monasterium eam hæreditatem sibi vindicare possit.

16 Et quamvis hoc in casu hæreditas non filiæ, sed monasterio deferatur, & ita videatur dicendum esse, ejusmodi renunciationem nihil impedire, quò minus monasterium, (cui utpote hæreditas defertur) ex sua persona suc-
17 cedere queat. Pariter ut renunciatio maternæ hæreditatis à filio facta patri, in cujus potestate is est, præjudicare nequit, ut tradit Castrens. *in l. ult. n. 1. C. de bon. quæ liber.*

Attamen filia renunciando facit, ut nec sibi nec monasterio, sed aliis à lege vocatis illa hæreditas deferatur: cùm monasterium non ex propria, sed ex monialis suæ persona succedat: ut probat Andr. Fachin. *lib. 1. contrsvers. cap. 22.* post Covarruv. *ad d. c. quamvis. d. pact. in 6. p. 3. §. 2.* qui ibidem sub *num. 5.* 18
tradit, quod pactum hoc juramento interveniente factum, valeat & firmum sit, etiamsi fiat eo tempore, quo filia ingreditur, aut ingredi vult Religionem, ubi Bart. Bald. aliosque in eam sententiam allegat, & eos hanc opinionem intellexisse ait, etiam eo casu, quo filia Religionem professura non acceperit tantum pro dote, quantum ex patris bonis, & ejus patrimonio percipere jure potuisset: modo congruam dotem ad ingressum Religionis habeat ex bonis paternis.

Et postea addit, apertissimi juris esse, hæreditatem monasterio non deferri: hæreditatem namque deferri filio jure suitatis, vel propter illud jus succedendi, quod habet in bonis patris: huic autem juri monachum tempore quo potuit, renunciasse, ac à se abdicavisse spem illam, & jus succedendi in bonis patris: monachum idcircò cùm professus est Religionem, non transtulisse in monasterium jus successioois, quia nempe illud non habuit eo tempore, nudusque ac privatus tali jure monasterium ingreditur. Qua ratione non potest jus illud monasterio competere, nec ei hæreditas deferri. 20

Nec jure monasterium aliquid ex paternis bonis vel hæreditatibus, causâ monachi habere poterit: nisi quod ipse monachus potuisset habere. At verò Monachus, qui paternæ hæreditati renunciavit, exclusus est à jure succedendi, eadem igitur ratione, & ipsum monasterium ab illo jure propter renunciationem arcetur. consentit per omnia Ferdinand. Vasq. *tom. 1. de success. creat. lib. 2. §. 18. requisit. 29. n. 93.* 21

Da auch die widrige Meinung statt greiffen solt/ würde nimmer kein verzug deren Töchtern/ so ihr Leben in dergleichen Gotts-Häusern hinzubringen entschlossen/ gültig seyn/ welches doch der notorischen vnd aller orten bekanten Gewonheit zuwider lauffen/ auch den Geistlichen selbsten schädlich seyn/ vnd denen ein grosse invidiam conciliren thete/ angesehen hierdurch die Erbschafften vberhäuffig zu mercklichem Schaden der Geschlechter/ (quarum dignitatem conservari, Reipublicæ interest) den Geistlichen kommen würden. Inmassen 22
eben daher etliche Potentaten ad aliud extremum gelangt/ vnd den Gottshäusern oder Geistlichen etwas zuverlassen gänzlich verbotten haben. Sic Valentinianus, Valens & Gordianus vetuerunt, Ecclesiasticos aliquid per se vel ioterpositos adipisci ex bonis viduarum & pupillorum: aliter id Fiscus usurpabat, *l. 20. C. Theod. d. Episcop. & Cler.* 23

c. d. SS. Eccles. in fin. ubi quærit, an monasterium possit refutare bona ingressi: & putat, quòd sic, antequam sint acquisita monasterio, puta, in ipso ingressu agendo, quod non acquiratur, Monasterio: quia in quærendis potest sibi præjudicare, licet secùs sit in quæsitis.

44 Cùm etiam Dn. Abbatissa & Conventus accipiendo aliquot mille florenos vivente Dn. patre hujus virginis cesserint, & vendiderint jus hoc nondum quæsitum, minimè jam possunt contravenire, *l. sicut. C. d. act. & obligat. l. sicut. §. in commodat. ff. d. commod. l. quaritur. §. si venditor. ff. d. adil. Edict.* Cravetta, *cons. 74. n. 7.* Paris. *consil 69. n. 20. vol. 3.* Roland. à Valle, *consil. 57. num. 14. vol. 3.*

45 Quinimò plurea tenent, solum Prælatum ad hoc sufficere, Decius *in c. Ecclesia S. Mariæ, n. 74. de constit.* Curt. jun. *cons. 147. col. fin.* Cravetta. *cons. 152. n. 9.* Roland. à Valle, qui communem testatur, & hac de re pluribua & ex professo agit *consil. 15. n. 23. vol. 1.* Feder de Sen. *cons. 9.* Anton. Gabriel. *in suis*
46 *conclus. tit. de legat. concl. 3. num 4.* Bursat. *cons. 50. n. 32.* concludens, quod in tali remissione juris quærendi, facta per Prælatum, nec solennitas, nec alterius superioris auctoritas requiritur: ut post alios ponit Benedictus de Castro Sang. *in repet. extrav. ambitiosa. Paulina nuncupata, in pr. fall. 6.* Solennitasque tractatuum requisita, secundùm primam opinionem præsumitur intervenisse, ut per Bald. *consil. 221. vol. 1.*

47 Et quod Prælatus solus possit repudiare legatum monacho factum, licet ipso jure Dominium acquiratur, saltem nisi sit secuta apprehensio possessionis, tradit Crot. *consil. 119.*
48 *n. 2.* Ac item solus Prælatus potest repudiare hæreditatem Ecclesiæ debitam, & alteri cedere absque solennitatibus, ut decidit d. Puteo, *decis. 519. lib. 2.*

Hinc videmus, quod Prælatus potest re-
49 mittere caducitatem Emphyteutæ Ecclesiæ, si cessavit per biennium solvere canonem, licet posset privari omni jure suo recipiendo simpliciter canonem præteriti temporis, post Card. & Imol. Jas. *in l. servus. C. d. pact. & in l. contra Iuris. §. si filius. col 1. ff. de pact. & in l. legatum. col fin. d legat. 1.*

50 Prælatus item solus potest donare novalia, quæ oriuntur in Diocæsin suam, ex quo non sunt rectè Ecclesiæ acquisita, Abb. *in c. tua nuper. de his quæ fiunt à Prælat. per text. in c. quoniam d decim.*

51 Prælatus pariter potest facere conditionē Ecclesiæ deteriorem in acquirendis, quando res non sunt de mensa Ecclesiæ, & nondum ipsi incorporatæ, Bald. *in auth. si qua mulier. col. ult. C. de SS. Eccles.*

52 Simile videmus in filio & servo, qui possunt præjudicare patri & domino in quærendis, licet non in quæsitis, *l. servus. C. d. pact.* Roman. *cons. 53. col. 15. in fin. vol. 2.* ubi dispositio, *l. cum avus. ff. d. condit. & demonstr.* limitatur non habere locū in jure quærendo.

Wann dann ein Prælat, & ita etiam Abba- 53
tissa (quæ in administratione monasterii, pari jure gaudet, arg. trad. à Francisc. Marco, *decis. Parlam. Dolphin. 953. part. 1.* Marta, *in d. gest. tom t. 6. Moralis, (cap. 11.)* hæreditatem vel Legatum jam Monasterio delatum antequam Monasterii nomine apprehensio fiat, repudiren / oder sich dessen begeben kan. Als wird noch mehrers Krafft haben / wann ein Aeptissin mit sambt dem Convent / einer jhrer künfftigen Jungfraw Schwester / juratam renunciationem, patri tùm viventi factam, gegen Empfahung einer stattlichen Summen Gelds approbirt, vnd genem haltet / weil noch vngewiß / ob die renuncirende Tochter deß Vatters Todt vberleben / vnd also das Gotteshauß in jhrem Namen was erben möchte. Dann einmal richtig / daß wañ der Herr Vatter gewußt / daß ins künfftig dises Gottshauß an jhme / nomine & instar filiæ erben / vel saltem legitimam suchen würde / er offternanten Gottshauß in keinen weg also baar eine dergleichen namhaffte Summ dargeschossen oder vberlassen / sondern zum Eingang weit ein ringere Klostersteur zugestelt hette.

Qui sanè incertus eventus, multum etiam 54
operatur: ac facit, ut læsio nulla attendi possit. *l. conditionis incertum. 1. C. d. pact. l. quoties. 11. C. de fideicommiss. l. de fideicommisso. C. de transact. l. si ea lege. C. d. usufruct.* adeò
ut nec Minor restituatur adversus ea, quæ à 55
dubio eventu seu lucri seu damni pendent, Franc. Caldas, *ad l. si curatorem. verb. vel adversarii. n. 12. C. d. in integr. restit. minor.*

Et spes sanè hæreditatis, cui renunciatur, 56
dependet à dubio eventu: cum fieri possit, ut filia renuncians patri præmoriatur, aut ut pater ipse adversa fortuna vel casu fortuito facultatibus labatur.

So könden auch etlich vnderschidliche Be- 57
helff / welche vermittelst göttlicher Hülff hernacher der vbrigen dreyen Schwestern halber angezogen werden sollen / nicht wenig allhero dienen / sich für dißmal dahin ziehend.

Vnd deme / so anhero ex parte der Frawen Beklagtin ad elidendum deß löbl. Gottshauß T. intention eingeführt / kan im geringsten einigen Abbruch gebehren / was wegen erstgemeltes Gottshauß replicando dagegen auff die Bahn gebracht / daß nämblich dise Jungfraw per metum vnd auß Forcht jhres Herrn Vatters / sich verzigen / auch solches mit deme beygebracht werden will / daß sie / wie jhr die verzicht vorgehalten / bitterlich angefangen zuweinen / vnd an die bevorab geschworne verzücht vngern kommen / deßwegen sie auch die Eid-Finger nicht darbieten wollen / biß sie letstlich dahin berede worden.

Beneben (fürnämlich propter prætensam enormem læsionem) dolum intervenisse, &

ideo

ideò hancce renunciationem etiam juratam, irritandam esse, fürgegeben wird.

58 Dann erstlich die læsion betreffendt/ ist bereit hieoben ex Covarruvia etwas Anregung beschehen/ congruam nempe sufficere dotem, nec necesse esse, ut filia renuncians acceperit tantum, quantum ex bonis patris percipere potuisset. Es soll auch hernacher vermittelst göttlicher Hülff in refutatione deß Gottshauß S. Johannß der V. Regul. prætension, hievon weitere Anregung beschehen.

59 Den metum aber / vnd häßlichen Zwang betreffendt/vnd was dißorts dem Herrn Z. S. gantz vngütlich zugemessen wird / ist ein vnerwisen/vnd ledig nicht vermutliches Fürgeben/ welches auch zu nicht geringer Verschimpfung der anwesenden Herrn Verwandten vnd Beyständern gereicht

Gesetzt auch/es solte die renuncirende Jungfraw Anna Francisca S geweint / vnd nicht gern ein Eid geschworen haben: ist doch hierauß gar nicht zuschliessen/daß sie zu dem Verzicht gezwungen worden / dann die kundbare Erfahrung mit sich bringt/daß blöde vñ gewissenhaffte Weibs-Personen nicht gern ein Eid schweren/auch ohne das leichtlich zum weinen geneigt seind. Gestaltsame sich manchmal begibt / daß ehrliche Jungfrawen / bey jhren Hochzeitlichen Ehrentag/besonders wann jhnen die Hochzeit-Verehrung solenniter zugestelt werden / ebener gestalt bitterlich weinen: aber niemand verständiger dannenhero schliessen thut/ daß sie zu dem Heurath zwungenlich getrungen worden.

Wir könden vns auch ledig nicht einbilden/ warumb dise Jungfraw (welche ein beständigen Vorsatz gehabt / in den geistlichen Stand zugelangen) sich beschwehrt haben solte / jhr künfftig ererbendes Vermögen/dero weltlichen Frawen Schwestern vnd selbiger lieben Kindern / die solches zu Erhaltung jhres Stands hoch vonnöten/zuvberlassen/vnd lieber gewolt/ daß sämbtliches jhr Vätter : vnd Mütterlich Gut / dem Gottshauß anheimbs falle. Weil besonders jhr ein so ansehnliche Summ Gelds zur Klostersteur gutwillig gegeben worden.

60 Faciunt huc egregiè ea, quæ h.bet Covarruv. *in relect. cap. quamvis. in 6. part. 3 §. 2. n. 4.* ubi ita scribit: qui Religionem profiteri vult, & ea ex causa paupertatem fovet & optat, parùm solicitus erit de bonis ad monasterium deferendis: temerarium enim est judicium, si opinamur eum averti à Religionis ingressu, ne res temporales, patrimonium & alia amittat bona, quorum relinquendorum causa, quæ movet ad Religionem, averteret ab ea, quod absurdum esse palam constat, multis prædictus quoque Covarruv. probavit *lib. 1. resolut. cap. 19. n. 7.*

61 Imò etsi renunciatio ista juramento præstito fiat hac apposita conditione: si renuncians ingressus fuerit religionem, adhuc valet & firma est: ut *ad c. quamvis. §. 2. num. 4.*
idem Covarruv. disertè tradit, dum ait: Nec 62
per hanc conditionem renuncians avertitur à Religionis professione, ipse quidem sponte deliberans de religionis ingressu, & paupertatem eligens, bonis & hæreditati futuræ renunciat ea ex causa, quia religionem profiteri vult: alioqui profectò minimè renunciaturus: igitur nequaquam impeditur à Religionis professione per renunciationem istam, quæ manifestè fit ex ea causa, quod ingrediatur renuncians religionem.

Et quod dicitur, ruborem & verecundiam, 63
ut & lacrymas arguere metum, limitandum est pro personæ conditione: Nam fieri facilè potest, quod rubor & verecundia aliunde, quàm ex metu proveniat, sicuti sæpe contingit in mulieribus, in adolescentibus vel alio. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 126. n 16.*

Man wil auch dißorts gar nicht zweiffien/ daß / wann die damals renuncirende Jungfraw / noch heutigs tags gefragt / sie sich weit anderst erklären/ vnd mit satten Vmbständen/ disen fürgebnen metum, Forcht vnd Zwang selbst gnugsam excusiren/ auch/ daß sie sich deß leiblichen Eids / gar nicht aber deß Verzichts an jhme selbst beschwert / anzeigen würde.

Confert huc, quod dolus non præsumatur, 64
nisi probetur, *l. quoties. §. qui dolo. ff. de pro-*
bat. Nam quilibet præsumitur bonus, non 65
dolosus, *l. merito. ff. pro socio. omninò. C. de*
inoff. testam. Quodque probari debet dolus 66
indiciis perspicuis, id est, claris & manifestis,
probat *l. dolum. C. d. dolo.* Bald. *consil. 250.*
in quæstione. col. 2. vol. 1. quod est repetitum
consil. 382. vol. 5. Sequitur Cravetta, *consil. 2.* 67
n. 1. & quod manifesta & urgentia indicia esse
debeant, post Bart. *in d. l. dolum* tradit Joan.
Sichard. *ibid.* & tantò minus dolus præsumi
debet in contrarium stante publico instrumento, *l. cum precib. C de probat.*

Et in terminis nostris, cùm renunciationis 68
fundamentum in juramento principaliter consistat, quod perpetuo servandum est, peccatum si non foveat, exinde renunciationem istam subsistere, licet dos minima, vel etiam plane nulla renuncianti puellæ numerata fuerit, adeoque exinde dolum non præsumi, tradunt Corn. *consil. 291. num. 3. vol. 4.* Fachin. *controv. lib. 3. cap. 24.* Paris. *consil. 26. nu 69. cum seqq. vol. 3.* Bursat. *consil. 75. n. 1. vol. 1. & consil. 223. n. 19. vol. 2.* & faciunt quæ tradit Kellenbenz. *tr. d. renunciat q. 42. per tot.*

Pariter metus & vis non præsumitur, sed 69
probari debet, latè Mascard. *de probat. vol. 2.*
concl. 1054. & n. 14. dicit, ad metum proban- 70
dum requiri veras & liquidissimas probationes. Idemque latè firmat Menoch, *lib. 3. præsumpt. 126. nu. 1.* & alios adducit Paul. Christin. *vol. 1. decis. Belgic. 114. n. 3.*

Præsentia etiam amicorum cessare facit omnem reverentiam & metus præsumptionē,

Bartt,

Bart. Bald. & alii, in l. transactionem. Cod. d.
transact. Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo autem
tempore. ff. ſolut. matrim. Jaſ. in §. quadrupli
inſt. d. actionib. nu. 63. Menoch. d. præſumpt.
126. num. 4. & præſumpt. 128. per tot.

72 Et quamvis in fratribus, & reliquis ſangui-
ne junctis, cùm de horum principaliter com-
modo agatur, nec etiam in hiſce naturalis ra-
rio, ut experientia docet, eandem, quam in
parente dictet affectionem, faciliùs quidem
committitur & probatur metus, cum agitur
de renunciationis validitate, Pariſ. conſil. 26.
num. 72. vol. 3.

73 Sed in parte naturalis ratio, ſecundùm quam
parens liberis ſuis benè conſulere præſumi-
tur, omnem metus ſuſpicionem excludit, l.
fin. C. d. Curat. furioſ. l. ſi à furioſo. in fin. ff.
eod. l. iſti quidem. §. fin. ff. quod metus. Bene-
dict. in cap. Raynutius in verb. duas habens fi-
74 lias. n. 251. cum ſeqq. extr. de teſtam. Et ſan-
guinis dilectio omnem doli & fraudis ſuſpi-
cionem removet, Corn. conſil. 36. n. 9. vol. 1.
75 Butſar. conſil. 15. n. 23. vol. 1. adeò quidem, ut
Doctores inde omnem dotem, quam parens
conſtituit, ſufficientem eſſe exiſtiment, Ma-
rant. diſp. 10. n. 21. Dec. conſil. 505. n. 4. Corn.
conſil. 170. n. 7. vol. 2. Ruin. conſil. 82. n. 13.
vol. 2. Dec. conſil. 26. n. 2. Laurent. d Pinu.
conſil. 67. num. 6.

76 Die ander Exception beſtehet auff dem
Concilio Tridentino welches ſeſſion. 25. de re-
gularib. cap. 16. alſo ordnet. Nulla quoque re-
nunciatio aut obligatio antea facta, etiam
cum juramento, vel in favorem cujusunq; piæ
cauſæ valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſive
ejus vicarii fiat, intra duos menſes proximos
ante profeſſionem: ac non aliàs intelligatur
effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione,
aliter verò facta, etiamſi cum hujus favoris
expreſſa renunciatione, etiam jurata, ſit irri-
ta, & nullius effectus.

Darauß dann der gegnerliſche Advocat ſchlieſ-
ſen thut/ weil diſer eidliche Verzicht/ weder
von dem Herrn Viſitatore deß Ciſtercer-Or-
dens/ weniger von dem Herrn General ſelbſt/
noch auch deß Herrn Ordinarii Fürſtl. Gn.
confirmirt/ vnd ſo gar ſelbigen nicht vorge-
tragen worden/ daß derohalb diſer Verzig gantz
nichtig vnd von Vnwürden ſeye.

77 Es iſt aber angeregte conſtitutio Tridenti-
na, wann man ſolche recht beſicht vnd matu-
riùs erwige/ allein von denen Verzichten zuver-
ſtehen/ welche von den novitiis, die ſchon wirck-
lich in das Kloſter eingetretten/ vnd in dem
noviciat oder Probirjahr ſich auffhalten/ be-
ſchehen/ qui ſi tempore novitiatus renuncient,
facere id debent ſecundum formam in Con-
cilio Tridentino præſcriptam, dieweil aber
gegenwertiger Verzicht/ nicht in dem Kloſter/
oder in novitiatu, ſondern vorher ante ingreſ-
ſum monaſterii, da diſe Jungfraw ſie noch da-
heimb/ bey ihrem Herrn Vattern geweſt/ für-
gangen. Als folgt/ huncce noſtrum caſum,
ſub Tridentina conſtitutione non eſſe com-
prehenſum, & ſufficere factum illum eſſe ſe-
cundùm formam. c. quamvis. d. pact. in 6.

Solches zubewehren/ iſt allhero zuwiderho- 78
len/ was hieoben ex Covarruvia erwehnet/ va-
lere nempè renunciationem, accedente ju-
ramento, etiamſi fiat intuitu Religionis in-
grediendæ, aut ſi filia renuncians appoſuerit
hanc conditionem, quod valere debeat, ſi re-
ligionem fuerit profeſſa.

Pariter etiam Menoch. arbitr. caſ. 436. n. 79
3. ſcribit, quando cogitans ingredi religio-
nem, atque ita ejus cauſa & prætextu de bo-
nis ſuis inter vivos diſpoſuit: utpura ea pa-
rentibus & ſanguine conjunctis renunciando;
Quod hoc etiam caſu bona efficiantur ejus,
cujus intuitu iſte renunciavit, dummodo re-
nunciatio jure communi inſpecto, valida ſit,
vel ſecundum ipſum jus commune renuncia-
tionem non poſſit revocare. Quod & appro-
bat Emanuel Coſta nominatim Menochium
citans, tract. de remed. ſubſidiar. remed 85. ad
fin. Idemque ſenuit Vaſquius de ſucceſſ. creat.
lib. 2. §. 18. requiſit. 29. n. 93.

Et in ſpecie, quod is, qui habuit animum 80
ingrediendi Religionem, & adhuc in ſeculo
exiſtit, quamvis acceptatus fuerit: modò ha-
bitum non ſuſceperit, donare poſſit ſua bo-
na, etiam non adhibitis ſolennitatibus in di-
cta Concilii Tridentini diſpoſitione requiſi-
tis, pulchrè probat Gratianus in Rota Mar-
chiæ dec. 37. ubi quoque refert, ita illuſtriſſi-
morum Cardinalium congregationem decla-
raſſe. Quod & approbat Iohan. Aloyſ. Ric- 81
cius in Collectan. deciſ. part. 2. collect. 454.
qui idem in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 651.
ipſum tenorem illius declarationis refert,
eumque talem eſſe, atteſtatur: an diſpoſitio
cap. 16. de regularib. ſeſſ 25. in princ. compre-
hendat illum etiam, qui habuit animum in-
grediendi religionem, & adhuc in ſeculo ex-
iſtit, ſed tamen acceptatus, licet habitum non
ſuſceperit, donavit bona ſua matri, non adhi-
bitis ſolennitatibus hoc capitulo requiſitis,
Congregatio cenſuit non habere locum ante
ſuſceptionem habitus.

Similisq; declarationis Anno 1594. factæ, 82
mentionem quoque facit Menochius, d. caſ.
num 4. quod nempe ſæpe dictum decretum
Concilii Tridentin, non habeat in renuncia-
tione ante habitus ſuſceptionem factâ. Et re- 83
ctè quidem ita explicatur prædicta conſtitu-
tio Concilii, quæ (ut Menochius dict. loc.
tradit) verè loquitur ſolùm de renunciatione
facta ab ingreſſo ipſo tempore Novitiatus,
non autem quando adhuc eſt omninò in ſe-
culo: nam Concilium ipſum in cap. 15. ita ſe
habet: In quacunque Religione tàm virorū,
quàm mulierum profeſſio non fiat ante 16.
annum expletum: nec qui minori tempore,
quam per annum poſt ſuſceptum habitum in
proba-

probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. Profeſſio autem antea facta, ſit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus regulæ vel religionis, vel ordinis obſervationẽ, aut alios quoscunq; effectus. Hactenus conſtitutio: quæ tota loquitur de eo, qui jam ingreſſus eſt Religionem, & adhuc profeſſio-
84 nem non emiſit. Deinde *in d. cap. 16.* ſubjicitur (nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta) hæc verba, quæ ſunt continuativa præcedentis capitis, & implicant præcedentia (ut arguit illa dictio *quoque* l. tutoris quoque ff. d. pact.) loquuntur de eo, qui jam eſt ingreſſus religionem, ſed profeſſionem adhuc non emiſit. Sicuti etiam ſignificant verba iſta ſubſequentia: ibi: intra duos menſes proximos ante profeſſionem &c. & illa etiam verba: finito tempore Novitiatus, &c. & rurſus ibi: ſed neque ante profeſſionem &c. Hactenus Menochius, qui ibi etiam ex profeſſo Navarrum & Ludovicum Molinam, ſocietatis Jeſu Theologum, contrarium ſentientes refutat.

85 Et quamvis Menochius ſibi contrarius, *conſil. 388. num. 7. vel. 4.* conſuluerit, dictum decretum habere locum in puella, quæ adhuc
86 in Religionem non eſt ingreſſa. Unde Navar. magis in ſpecie *conſil. 31. num. 1. de Regularib.* voluit, quod donatio facta ab ingreſſura monaſterium, etſi poſſit defendi, quod non comprehendatur verbis Concilii *in d. cap. 15. & 16 ſeſſ. 25. d. regular.* tamen videri comprehendi
87 ſub eorum mente. Imò plus voluit Gutierez *in l. quamvis. d. pact. in 6. in verb. dum nuptus tradebatur. n. 5.* quod ingreſſurus Religionem, ſi aliquibus diebus ante ingreſſum faciat renunciationem, etiam non facta mentionẽ futuri ingreſſus, debeat ſervare formam dicti Concilii, & ita conſuluit, eſſe faciendum,
88 Maximè cum talis renunciatio cenſeatur facta contemplatione ingreſſus, & ſub illius conditione, ut proinde tempus ingreſſus ſit conſiderandum ex regula juris, ſemper eſſe inſpiciendum actum, qua contemplatione fuerit factus, Bald. *in l. ſi pater. §. qui duos. n. 2. d.*
89 *adopt.* & renunciatio a ſua cauſa regulari de-
90 beat, Rota *divers. in deciſ. 624. p. 1.* & origo ſit attendenda, *l. 2. ff. d. privil. Creditor.*

91 Sed ad hæc, aliaque conſimilia in oppoſitum quæ allegari poſſunt, uno verbo Riccius *d. deciſ. 051. ad fin.* hoc ſolum reſpondet, nos habere contrariam declarationem, ac etiam ibidem *ſub n. 4. verſ. cæterum.* ſcribit: quando iſtæ renunciationes fiunt ante ingreſſum & tempore donationis, nullum eſt jus quæſitum, eas ſemper validas eſſe: cùm aliàs infinitæ & vulgò paſſim conſuetæ renunciationes infirmarentur.

92 Aſſenſum præbet per omnia Caſp. Anton. Theſſaurus, *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 56. n. 5. & ſeqq.* ubi ſæpius, ita in illuſtriſſimo Pede-
93 montano Senatu judicatum fuiſſe refert, Et hanc etiam addit rationem, quia diſpoſitio illius *cap. 16. incip. nulla quoque.* debet intelligi ſecundùm capitulum antecedens, prout demonſtrant verba illa *quoque & antea,* in dicto cap. poſita, juxta tradita per Bartol. *in l. 2. d. pact.* Cavalcan. *deciſ. 19.* At *in cap. 15.* ſtatutum 94
fuerat, quod profeſſio non fieret ante decimũ ſextum annum completum: ergò de illa ætate intelligenda eſſe verba ſequentis capitis, concludit. Ac licet in caſu, ubi virgines, ante 95
ingreſſum Religionis, imò & ipſius monaſterii, ſolent facere iſtas renunciationes favore fratrum vel aliorum de agnatione, Corneus, *conſil. 272. lib. 3.* Socin. *conſil. 183. libr. 2.* aliique voluerint, neceſſarium eſſe conſenſum monaſterii, quia habent tacitam conditionẽ, ſi hæreditas renuncianti deferatur, quæ monaſterio quæritur; tamen quando iſtæ renunciationes fiunt ante ingreſſum monaſterii, cui ante ingreſſum, & tempore donationis, vel renunciationis, nullum eſt jus quæſitum, illæ ſemper validæ ſunt: quia aliàs ſequeretur maximum abſurdum, quod nullæ renunciationes hodie, quæ paſſim fiunt, ſine illis ſollennitatibus ſubſiſterent, ſed omnes eſſent nullæ; ideo pro iſta conſuetudine & obſervantia capienda eſt interpretatio, ne tot actus invalidentur, & præſertim, quia præſumendum non eſt, quod voluerint illi patres, qui concilio interfuerunt, in meſſem alienam manum apponere, diſponendo ſuper contractibus, qui à Laicis, & inter Laicas perſonas fiunt, licet ſub occaſione Religionis. Et Concilium lo- 96
quitur hoc in caſu, quia intentio illius fuit providere, nè monachi & moniales, quæ ſub prætextu Religionis renunciant, remaneant poſtea nudi & bonis privati, ſi non faciant profeſſionẽ. Ideo jura admittunt donationes, ſeu renunciationes reſolutivas, caſu quo non maneat donans in Religione. Quæ ſunt verba prædicti Caſpar. Ant. Theſauri, *d. l. n. 8.*

Quodque renunciatio talis ante ingreſſum 97
facta, valeat, latè etiam firmat Ant. de Gamma. *deciſ. 375.* & in terminis Borgnin. *deciſ. 18. num. 113.* tenet, Decretum Concilii procedere, in actu facto in novitiatu, non autem de renunciatione vel teſtamento factis ante novitiatum intelligi debere,

Et cùm opinio communiſſima ſit, quod te- 98
ſtamentum cogitantis de ingreſſu Religionis, nihil autem monaſterio relinquentis, robur obtineat, etiamſi poſtea Religionem ingrediatur, quod multorum authoritate firmat Cævallos, *opin. commun. contra commun. quæſt. 121.* Certè etiam renunciatio, ante ingreſſum 99
etiam intuitu Religionis facta, valebit. Nec 100
notabilem differentiam videmus, cur Religionis ingreſſus rumpere debeat renunciationem antea factam, non verò irritare debeat teſtamentum.

Et quamvis Ludovicus Molina *de juſtit. &* 101
jure. tom. 1. tr. 2. diſp. 139. n. 14. ut & Marius

Anton.

Antonius Maceratensis, *var. resol. lib.* 1. *resol. ult. cas.* 62. differentiam in eo facere videantur, quod testantium voluntas ambulatoria sit, usque ad mortem, *l.* 4. *ff. d. alim. legat.*

102 Alter verò se res habeat circa renunciationem, quia, si velit pœnitere, & egredi, animus non ita liber foret: cùm bona donata sint penes donatarios. Ac si talis donans vellet discedere, non facilis futura esset recuperatio bonorum, & multa pateretur incommoda litium, secundùm Navarr. *consil.* 7. quod & innuit Concil. Trident. *d. cap.* 16. *in fin.* Quam etiam rationem attingit Cævallus, *qu.* 63. *n.* 7.

Es ist aber diser Abeltchen Jungfrawen Verzicht/ sub hac ipsa conditione geschehen/ wie ad finem desselben zusehen/ ibi, doch ist insonderheit außgenommen vnd vorbehalten worden / wann ich nach dem Willen GOttes / in mehrbemeltem Orden vnd Kloster oder anderwerts/in geistlichem Stand nicht verbleiben / sondern mich vor geleister Profession/ wider in den Weltlichen begeben würde / daß mich dise Verzicht nicht binden/sondern mir das jenige/ was mir mein geliebter Herr Vatter/auff selbigen Fall/im Testament verordnet/gäntzlich folgen vnd zustehen sol/ rc. dahero dann erfolget/ daß solcher Verzicht/ auch nach Meinung der Authorum contrariæ opinionis (utpote ratione prohibitionis cessante) jhren völligen Bestand vnd Würckung habe/ob sie gleich intuitu religionis ante novitiatum, doch mit bedeuter Condition beschehen.

103 Nam ita expresè scribit Molina, *d. n.* 14. eam renunciationem valere, quæ fit sub conditione professionis, sive ante novitiatum, sive in novitiatu fiat, & reddit sententiæ suæ hanc rationem: quod talis renunciatio non sit dispositio absoluta, nec firma aut valida, nisi professione secuta, neque ullum impedimentum omnimodæ libertati professionis afferat, atq; adeò nihil fini illius Legis & Decreti obviet. Quod ipsum etiam placet Leonhard. Lessio, Theolog. Societ. Jesu, *de Iustit. & Iur. lib.* 2. *cap.* 41. *dubitat.* 4. *n.* 42.

104 Ac quoq; Emanuel Rodericus, *in quæstionibus Regularium, tom.* 3. *qu.* 16. *art.* 1. eam solùm ob causam irritam esse dicit renunciationem bonorum, intuitu religionis factam, ante ingressum, vel tempore Novitiatus ante completum decimum mensem: quia hi contractus statim privantes Novitium bonis, possent postea minuere libertatem.

105 Nec etiam valet alia ratio Navarri, *in dict. consil.* 7. nempè ne privarentur monasteria omni spe succedendi, cùm tales donationes soleant fieri cum tot amplissimis clausulis, tali

106 in casu: Quando sat locupletem talemq; dotem virgo vel filia renuncians, intuitu renunciationis accepit, quæ multorum etiam divitum successioni æquiparari possit. Et porrò magna differentia est, inter renunciantem ante ingressum & post etiam in Novitiatu existentem. Et ita inter donationem factam ante ingressum, & quæ pauló post ingressum secuta fuit, quamvis aliàs dicatur, quod paria sint, fieri in ipso actu, vel ante actum, sed in continenti, ut est Gloss. *in l. abligari, §. tutor. in verb. debet. ff. d. auctor. tut.*

Hoc enim non procedit, statu notabiliter mutato, quod fit, si quæ monasterium ingre- 107
diatur, & ita in loco sacro, in habitu religioso, & sub disciplina vivat. Ideoque jam quodammodo religiosa ac Ecclesiastica persona esse censeatur, arg. tradit in decis. Rotæ Roman. I. de Regularib. in antiqu. sac. quæ scribit Cravetta, *consil.* 152. *n.* 4. *& seq.* ubi, quod novitius post professionem semper fuisse monachus fingatur.

Sicque Prælatus Ordinis est Pastor ordi- 108
narius suorum Regularium, etiam Novitiorum, Navarr. *lib.* 3. *consil.* 6. *d. foro competenti*, P. Paulus Layman. *in qq. Canonices, de Prælatis, & Ecclesiasticis, n.* 227.

Remanet ergò adhuc verum, quod supra dictum fuit: Notabilem scilicet differentiam esse, & multò majorem rationem, cur ante ingressum monasterii absq; authoritate Episcopi, sive ejus Vicarii, alteriusve superioris Ecclesiasticæ personæ, valeat renunciatio jurata, non verò ejus puellæ, quæ jam monasterium est ingressa, & sub Novitiatu degit.

So kan auch die letste exception nichts hin- 109
dern / in dem die Gegnerische Triplic sich auff ein Schreiben ziecht / in welchem Herr Christoff Z. S. dem Kloster T. schrifftlich versprochen/daß er selbige seine Tochter/so sich dorthin zubegeben willens gewest / den andern dreyen/ die in das V. Regulhauß zu S. kommen sollen/ allerdings gleich halten wolle: mit fernerem anzeig/ daß die Jungfraw Anna Francisca Z. dergestalt in den Cisterzer Orden vnd gedachtes Kloster T. auffgenommen/ vnd zur Proceß gelassen worden seye. Dann dises Einwenden so vil zuerkennen gibt/ daß wolgedachter Herr Z. S. mit der Fraw Ebtissin/solch seiner Jungfraw Tochter halb auff ein gewisses gehandlet/ auch dise Jungfraw mit der Condition in wolgesagtes Kloster gelangt / daß sie andern jhren geistlichen Schwestern gleich gehalten werde. Dahero dann richtig erfolget/daß per jam supra deducta, & Deo dante, mox infra dicenda, sie Fraw Aebtissin bey solchem Vergleich in allweg zuverbleiben schuldig / auch weiters nichts/ dann was etwan die geistliche Schwestern mehrers empfangen / zuerfordern habe/ welches sich aber auff gar ein geringes belauffen wird. Wie nun das Gotteshauß T. bey der Z. Erbschafft vnd dessen hinterlassenen weltlichen Töchtern nichts zusuchen berechtigt: als können wir gleicher weiß ledig nicht befinden/ daß jeniger dreyen Jungfraw wegen/ so zu S. Johan/in das V. Regulhauß sich begeben/ bey der Z. Erbschafft nunmehr etwas erfordert werden könne.

Vnd dises zubewehren/ ist erstlich zuwissen/
110 dotem monasterium ingredienti debitam, talem esse sufficicere, quæ vulgò monialibus tradi solet, Salicet. *in auth. sed quamvis. sub n. 4. vers. & ad rationem. C. de re ux.* Jac. d. S. Georg. *in Invest feud. in verb. quidem. in fin.*
111 Communis enim observantia & naturalis æquitas suadet, ut minus detur monasterium ingredienti, quàm nubenti in seculo, Bald. *in auth. nisi rogati. sub num. 11. C. ad SCt. Trebel. & in l. Deo nobis. num. 1. in fin. ff. de condit. & demonstrat.* Fulgos. *consil. 53. circ. med.* Dec. *in c. in præsentia. nu. 234. d. probat.* Jas. *cons.*
112 *43. col. 5. lib. 3.* & æquitatem in hoc consistere, dicit idem Jas. *in auth. si qua mulier. sub n. 10. C. de SS. Eccles.* quia quando filia vult nubere, requiritur magna impensa, ut inveniat maritum sibi convenientem, cùm tamen pro valde minori reperiat monasterium.
Facit, quia cùm dos detur pro oneribus
113 matrimonii, *l. pro onerib. & l. dotis fructus. C.*
114 *de jure dot.* quod habet locum non solùm in matrimonio carnali, sed etiam in spirituali, quod per ingressum religionis contrahitur, Salicet & Jacob. d. S. Georg *dict. loc.* Socin. *cons. 222. in fin. lib. 2.*
115 Longè majora onera incumbunt nuptis quàm monialibus, ut dicit Covarruvias *lib. 1. var. resol. c. 19. n. 10. in fin.*
116 Quod & experientia docet, quia monialis non eget familia, liberis caret, non quærit pompam, aut honores, sicque dos à monasterio recipitur pro alimentis tantùm, & suffragio vitæ, Bald. *in auth. res quæ. sub num. 13. C. commun. d. legat.* Socin. *d. cons. 222. in fin.*
Confert etiam, quod in dotis constitutio-
117 ne plurimum attendatur loci consuetudo, Corn. *consil. 316. sub n. 6. vers. & hoc semper mihi placuit. lib. 1.* Ruin. *consil. 12. num. 13. in fin. lib. 2.* Cas. de Grassis, *decis. 2. num. 15. de*
118 *constit.* ita ut dicatur competenter dotata, quæ habuit dotem secundum consuetudinem loci, Dec. *cons. 26. sub n. 4. vers. nam convenit.* &
119 per talem dotem satisfit statuto excludenti dotatam, Corn. *d. cons. sub num. 6. vers. si ita quod de com. æstimat.* Rot. *decis. 480. p. 1. in recent.* ubi latissimè comprobatur, minorem dotem posse assignari moniali, quàm nubenti in seculo, & Rot. *decis. 249 n. 7. in fin. part.*
120 *2. in recent.* ubi dicitur, dotem, quæ datur mulieri nubenti in seculo, debere esse majoris quantitatis, quam ea, quæ datur moniali, Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 21. n. 30.* ubi testatur de communi consuetudine & observantia totius mundi, etiam quoad monasteria, quæ aliàs successionis capacia existunt. Quod idem Mantica *de conjectur.*
121 *ult. Volunt. lib. 11. tit. 18. n. 82. & seqq.* repetit, & inter alia addit, tales esse mores totius Italiæ, eosque servari per omnes diligentissimos & prudentissimos patresfam. ut filiabus ingredientibus monasterium longè minorem quantitatem ex sua substantia tribuant, quàm si nuptias contraxerint in seculo; ex ratione apertissima naturalis æquitatis, quia scil ingredientibus monasterium & paupertatẽ profitentibus, secundum laudabiles consuetudines multò minùs potest sufficere, quàm si nupserint in seculo propter onera matrimonii, quæ, ut experientia docet, sunt gravissima.

Et porrò subjungit, æquum & justum esse 122
ut plus habeat, quæ nubit mundo, quàm quæ nubit Deo, & ita servari per totum orbem.
quodque in urbe etiam Romã, 500. scuti, 123
seu coronati, congrua dos reputetur, quæ ingredientibus monasterium dari solet: testatur illustr. Card. Alex. Ludovisius *decis. 63. n. 13.*
Idemque dicendum esse, stante statuto fœmi- 124
narum exclusivo, quod nempe sufficiat, dotem dari solitam ingredientibus monasteria, decidit idem Ludovisius, *d. decis. n. 17. & seqq.* Et in terminis renunciationis Steph. Gratianus *discept forens. 813. n. 15. & seqq.* ac etiam Aloys. Ricc. *in prax. var. resolut. resol. 347.*
Nec facit dignitas familiæ, quia in monia- 125
libus non consideratur distinctio nobilitatis, sed omnes sunt æquales, gloss. *in c. 1. in gloss. fin.* ubi Abb. *n. 5. de purgat. can.* prout etiam
nec quantitas patrimonii paterni, cum elege- 126
rit in paupertate pauperi Christo famulari, *c. nimis. cl. 1. in pr. d. excess. Prælat.*
Neq; est attendenda dos alteri sorori con- 127
stituta; quia à dote carnali ad dotem spiritualis matrimonii, respectu quantitatis non benè arguitur per supradict. Bald. *consil. 386. ad fin. lib. 4.* quia non consideratur excessus in dote,
habito respectu ad aliam dotem, sed ad ipsam 128
quæ & cui constituitur, Ruin. *cons. 56 n. 16. lib. 3.* Quare etiam licebit patri plus relinque-
re filiæ nubenti in seculo, quam si matrimo- 129
nium contrahat, Bald. *in l. Deo nobis C. de Episcop. & Cler. & in auth. nisi rogati. Cod. ad SCt. Trebell.* Menoch. *consil. 169. num. 18. lib. 2.* Card. Mantic. *d. conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 18. n. 28. & seq.*
Et hanc opinionem, tanquam veriorem magis receptam, & consuetudine approbatam non solùm Italiæ, sed totius mundi, sequitur Rota, coram R. P. D. Pirovano Rom. Legat. *4. Novemb. An. 1613 quæ est decis. 480 part. 2. in recent.*
Et hinc etiam eodem intuitu assertio Ca- 130
tholica est, accipere aliquid, tanquam pretium pro susceptione ad statum religiosum, secundum se simoniacum esse; at verò pro sustentatione personæ aliquid accipere vel exigere, tùm demùm non illicitum reputatur, si monasterium inops sit, & regula ordinis permittat: Sin verò dives sit monasterium, videtur esse simonia juris Ecclesiastici: quamvis contraria diuturna consuetudo, quæ in monialium monasteriis obtinuit, damnari facilè non possit, tradente P. Paulo Laymanno, *in Theolog. morali, lib. 4. tr. 10. cap. ult. §. 4. tit. d. simon. num. 39.*

num. 39. ita tamen, ut modus non excedatur. Unde idem Laymann. in subsequentibus dotem moderatam esse debere dicit. Adstipulatur Anton. Faber, *in Cod. lib. 1. tit. 2. definit. 25.* & ante eum Guido Papæ. *decis. 80.* quod & placet Menoch. *consil. 193. num. 4.*

131 Ac licet solùm è propriis facultatibus ea impendere, quæ ad monasterii levandam inopiam profuerit, solius charitatis & eleemosynæ, non ingressus intuitu, *can. quicquid. caus. 1. qu. 1.* ex Concilii Toletani & Carthaginensis
132 authoritate. Quamobrem etiam jam pridem Concilium Lateranense severè animadvertit in eos, qui ingressum monasterii auspicantur, tali quasi nundinatione. Quoniam inquit, simoniaca labes, adeò plerasque moniales infecit, ut vix aliquas sine pretio suscipiant in sorores, nè id de cætero fiat penitùs prohibemus, statuentes, ut quæcunque inposterum talem commiserint pravitatem tàm recipientes, quàm receptæ, sive sint subditæ, sive Prælatæ, sine spe restitutionis de suo monasterio expellantur in locum arctioris regulæ, ad agendam perpetuò pœnitentiam recludendæ. *cap.*
133 *quoniam, & c. quamvis ac seq. d. simon.* Idem septima Synodus generalis, *can. 19. vetat,* ne quis admittatur in monasterium, per largitionem pecuniæ, excepta ea, quæ datur liberis à parentibus instar dotis, vel cum sponte quid offertur. Anton. Matthæus *in addit. ad Guid. Papæ. decis. 80.*

134 Consentit D. Thomas *2. q. 100. art. 3. in respons. ad quartum.* cujus verba hæc sunt: Ad quartum dicendum est, quod pro ingressu monasterii non licet aliquid exigere, vel accipere quasi pretium. Licet tamen, si monasterium sit tenue, quod non sufficiat ad tot personas nutriendas, accipere aliquid pro victu personæ, quæ in monasterio fuerit recipienda, si ad hoc non sufficiant monasterii opes. Hactenus S. Thomas. Qui ita demum (quod fortius est) vult monasterium tenue posse accipere pro victu ingredientis, quando illa gra-
135 tis, id est, sponte sua offert. Idem scripserunt Hostiens. & Abb. *in cap. quoniam. d. simon.* cum dixerunt, quod si monasterium est tenue, potest aliquid accipere pro victu ingredientis. Sentiunt ergò ii manifestè, quod nil recipere
136 possit monasterium opulentum. Idem affirmarunt Angel. Clavasius *in summa verb. simonia. §. 4.* & copiosè admodum Rhedoanus *in tract. d. simon. part. 2. c. 29. num. 10. & seqq.* Quibus accedunt Sylvester Pierius *in sua summa verb. simonia. n. 15.* Dyonys. *lib. 1. & 2. d. simon.* Navarr. *in tract. d. redditib. benef. Eccles. q. 1. carol. 32. n. 100.* qui inter multa scribit: Illud etiam (de monialib. loquitur) advertant, ne ex pacto accipiant aliquid ultra id, quod necessarium sustentationi monialis, judicio cordatorum, censetur. Nam ex pacto nihil aliud possunt accipere, præter illud, quod alendæ moniali sit necessarium, Eo quod ei monasterium præ inopia non potest tribuere. Si ergò aliquid ultra acceperint, vel si dotem exegerint, quando monasterium potest eam alere, illicitè recipiunt. Hæc ille: qui idem repetit *in Apolog. d. redit. Eccl. monit. 84. p. 418.*

Quam eandem porrò ob causam, approbantur 137
statuta & consuetudines multorum locorum, quæ hac moderatâ dote accepta porrò à successione religiosos sive masculos sive fœ-
minas excludunt: Et sic de generali consue- 138
tudine Regni Franciæ Religiosus sive masculus sive fœmina, non succedit suis parentibus & cognatis, nec monasterium pro eo, Rebuff. *ad ordin. regn. gloss. 5. n. 22.*

Quæ consuetudo etiam obtinet contra mo- 139
nachos non mendicantes, ut dicit Maret. Tho-
los. *c. 11. n. 6. de Quartis.* idemque obtinet in 140
provinciis juris scripti, Rebuff. *d. l.* Charond.
resp. lib. 1. c. 66. cognati solummodò, quibus 141
defuncti successio accrescit, debent pro studiis præstare aliquid ipsi Religioso, ex portione, in qua successurus erat, ut dicit idem Cha-
rondas. In Sabaudia verò, qui monasticam 142
vitam professus est, sive tacitè, sive expressè, ut & monasterium, quod ingressus est, excluditur à successione intestati, in tantum, ut ne quidem fructus pro alimentis prætendere possit, quia debet ali monasterii sumptibus, aut si ex mendicantibus, de publicis eleemosinis. Barrii *de success. ab intestat. lib. 18. tit. 6. n. 6.* Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 3. definit. 30. & ibid. definit. 2.* ubi, quod in computatione legitimæ non solùm partem haut faciant, sed neque numerum religiosi. Quod & repetiit *lib. 3. tit. 19. defin. 8. & definit. 25. ac seq.* ubi quod nec legitimam, nec legitimæ supplementum petere possint.

Et consuetudinem, qua monachi à paren- 143
tum, & consanguineorum successione excluduntur ab intestato, valere, nominatim tradit Covarruvias *ad cap. quamvis part 3. §. 2. n. 5.*

Auß disem nun thut wolschließlich erfolgen/ 144
wann ein Vatter eine Tochter in ein Kloster laßt/ vnd jhr ein sehr ansehenliche Außsteur gibt/ damit nicht allein sie von dem interesse, wol vnd ehrlich nach jhrer Regel vnd Ordnung vnterhalten vnd hinauß gebracht/ sondern auch von solchem interesse fürnämlich aber von dem Capital selbst dem Gotteshauß ein mercklicher Nutz geschafft werden kan/ auch damit beedes die Töchter/ so sich in das KlosterLeben zugeben gesint/ vnd das Gotteshauß selbst/ sampt dessen vorgesetzten damit zufriden/ vnd utrinque bona fide dergestalt gehandlet wird/ daß derogleichen anschnliche Summ/ quæ sc. dotis, & pòst pro omni futuro jure successorio gegeben/ acceptirt vnd eingenommen/ besonders aber das vätterliche Testament/ darinnen solches nochmalen bester Form confirmirt, post mortem testantis, ratihabirt, & inibi monasterio relicta, zu danck empfangen/ vnd darüber bester Form die hæredes seculares quittirt werden/ daß

solche Handlung/ob sie gleich mit keinem juraments
145 ment besterckt/ dannoch gültig seye. In Be-
trachtung ein grosser Underschid under deme
sich befindet/ wann ein Tochter für sich renun-
cirt, und wann mit dem Gottshauß oder dessen
Vorsteher selbst gehandlet wird? Dann wañ
selbiges ein ansehenliche Summ statim cum
ingressu vel post professionem empfahen/ und
den ehrlichen Vatter/ welcher villeicht sonsten
anderer Orten seinen Töchtern gute Gelegen-
heit schaffen/ und die weltliche Kinder deß übri-
gen Vermögens/ gnugsamb versichern können/
ea spe lactirt und absterben lasset/ daß dises al-
les utrinque gehalten werden soll/ kan auff sol-
chen Fall das Gottshauß dise Einred gar nicht
haben/ daß der renuncirenden Töchtern inju-
rata renunciatio an ihme selbst nichtig / auch
dem Gottshauß das jus succedendi noch inte-
grum seye/ und bevorstehe.

146 Non enim ex aliena persona petere potest
quis id, cui ipsemet renunciavit. Renunciatio
enim facta ab ipso monasterio valida est, vel
ejus Administratoribus, cui ex puellæ ingres-
su acquisita fuerunt ejus bona, juxta *auth. in-
gressi. C. d. SS. Eccles. &c. in præsentia.* ubi
Dd. *d. probation.*

147 Et dubium non est, quin monasterium
possit renunciare juri acquirendo, etsi haut
ita facilè possit jam quæsitum remittere, Abb.
in c. 2. & 6. statuimus. d. transact. Alciat. *re-
spons. 17. n. 8.* Menoch. *consil. 73. n. 8. ac con-*
148 *sil. 196. n. 31.* Vnde & Johan. Bolognet. *ad l.
fin. C. de pact. num. 106. & 114.* scribit, si cum
consensu monasterii fieret pactum, quod in-
grediens monasterium non succedat, tunc il-
lud indistinctè valere.

149 Nec hic juramentum puellæ, imò nec ip-
sius consensus necessarius est, ut decisum in-
venimus apud Seraphin. Olivarium, *in decis.
Rota Rom. 1198.* & repetiit D. Marta, *in Di-
gestis noviss. tom. 6. tit. Monasterium. cap. 9.*
Ubi quòd in quærendis sibi præjudicare pos-
sit, & renunciationē per ipsum factam, etiam-
si puellarum consensus non interveniat, vali-
150 dam esse, concluditur, Cùm regulariter tam
juri de præsenti competenti, quàm in futurū
151 competituro renunciari possit. Nec via re-
nunciationis, ex filiarum renunciantium con-
sensu dependet; quoniam monasterium om-
nia, sine earum consensu potest, cumque con-
sensus filiarum non sit necessarius, parùm re-
fert, an earum juramentum intervenerit.

Extat etiam decisio Senatus Lusitaniæ Re-
gni, apud Anton. Gammam, *decis. 378.* Ubi
soror monasterium & religionem ingressura,
alteri sua bona atque jura renunciavit, & le-
gitimam donavit, Deciditurque tale pactum,
etiamsi juramento firmatum non esset, sed so-
lùm parentis consensus accesserit, valere. Ete-
nim bona nondum quæsita donare possumus,
quorum probabilem spem habemus, & cum
tempore habili renunciasset, nempe ante Re-
ligionis ingressum, quando ille casus advenit,
in quem renunciatio collata fuit, negotium
de tempore conventionis contractum esse
censetur, ad quod retrotrahitur. Ibique Bla-
sius Florez. Diaz. de Mena, *in addit. ad d. de-
cis. Anton. Gamma* notat, hanc decisionem
singularem esse, & quotidie in praxi contin-
gentem, quæ disponit, quod filia consentien-
te patre volens Religionem profiteri, possit
absque juramento renunciare successionem
futuram, & præjudicabit monasterio, etiamsi
eâ professâ obveniat hæreditas, & se jam ali-
quibus vicibus habuisse in praxi & obtinuisse,
testatur idem Additionator. Ratio est, quia,
qui monasterium ingreditur, paupertatem
profitetur, & à bonis temporalibus se abdicat;
& ideo talis renunciatio valet, etiam sine ju-
ramento, Riminal. jun. *consil. 164. n. 53.* Tes-
saur. *qq. forens. libr. 2. quæst. 56. ad fin.*

Magis adhuc renunciatio monasterii vali-
da omninò est, si superiores adhibeant etiam
suum assensum. Constat autem, Moniales pu-
rè subditas Dominicani Patris Imperio vel
Franciscani, sua abalienare posse Ministri Pro-
vincialis authoritate adhibitâ, vel Generalis
Magistri Ordinis, alteriusve potestate prædi-
ti, quasi Pontificali, Barbat. *respons. 40. vol. 1.
& consil. 14. vol. 2.*

Ac Prælati Regulares sunt ordinarii suo-
rum inferiorum, habentes jurisdictionem à
jure divino, quemadmodum & Episcopi, ex
72 Bey diser Frag/ verbleibt nach erörterung erst vorgehender/ wenig Zweiffel vberig. Dann wann die Herrn Käuffere die noch herauß schuldige 9000. fl. dem Herrn Verkäuffern vorzuhalten nicht befügt/ sondern selbige mit sampt den hinderblibnen Zinssen/ zuentrichten schuldig/ als ergibt sich ja selbsten/ daß wann sie solches wider Recht zuthun verweigern/ hingegen der Herr Verkäuffer die gewohnliche Fertigung oder Kauffbrieff herauß zugeben/ in keinen weg verbunden seye.

Nam regula est generalis, non posse efficaciter agere eum, cui obstat exceptio non facti implementi. Idque procedit, etiamsi in minima fide deficiat, Surd. *d. alim. tit. 8. priv. 61. n.*
73 *26.* Puteus *decis. 357. in fin. lib 3.* ubi dicit quod propter unum minimum capitulum non servatum, obstet exceptio agenti. Unde obligati observare pacta & conventiones, si contraveniunt in uno, non possunt petere sibi observari in alio, Castrens. *cons. 176 col. 2. in lib. 3.* Natta *cons. 481 in fin.* Rim. Jun. *cons. 122. n. 30. & seq. lib. 2.* Tiraquell. *tract. d. Iudic. in reb. exig. ferend. vers. 37.* ubi dicit, quòd propter minimam contractus partem non impletam ex parte actoris, licet pars illa non respiciat substantialia ipsius contractus agenti tamen ad principale obstabit exceptio implementi non secuti, ut asserit Bald. *in l. pacta conventa. n. 2. not. ff. d. contrah. empt.*

74 Et in specie, pretii non soluti exceptio impedit litis contestationem, latè Gail. *lib. 2. conclus. 17.* Quemadmodum & aliàs etiam exceptio, si ut ex tuo latere non implevisti, litis ingressum non admittit, Mascard *d. probat. concl. 1387. n. 42.* Bursat. *consil. 309. num. 8.* Joseph. Ludovic. *concl. 14. num 148.*

75 Sique altero agente, reus excipiat, actorem ex sua parte non implevisse, eidem Actori probatio incumbit, Hartman. Pistor. *part. 1. qu. 22.*

Wann derowegen der Herr Verkäuffer seines Theils mit tradition deß verkaufften guts dem Contract gnug gethan/ auch der Ritterstewr halb mehrers nicht dann 1000 fl. Capital von der verglichenen Kauff-Summen fallen zulassen gehalten oder schuldig: Als ergibt sich selbsten/ daß hingegen die Herrn Käuffere den noch restierenden Kauff-Schilling der 9000. fl. weil die Zeit zu der Abstattung gethädigte Zihl berait verstrichen/ nicht allein abzulösen verbunden/ sondern noch vil weniger der Herr Verkäuffer ehe vnd dann solches geschicht/ die Fertigung von sich geben dörffe.

Quæstio Quinta & Ultima.

Bey dero Frag halten wir vnsers theils darfür/ daß dise gantze Sach/ (weil beede Theyl der Röm. Kais. Majest. vnd dem H. Röm. Reich ohne Mittel vnderworffen/ auch beraits bey aller höchst gedacht jhrer Kais. Maj. hochlöbl. Reichs Hoffrath etliche occasione dises Kauffs bezahlte Gläubiger sich erklagt) der Herr Verkäuffer bey jhrer Kais. Majest. zum füglichsten anbringen/ vnd vmb gebürende erörterung aller gehorsamst anlangen möchte.
Da dann der Herr Verkäuffer fürnämlich der 76
actionis ex vendito sich zubedienen/ vnd selbiger requisita, auch was darwider den Herrn Käuffern für exceptiones gebüren möchten/ in acht zunemmen hatte. Ex vendito enim actio venditori competit ad ea consequenda, quæ ei ab emptore præstari oportet, *l. Iulianus. §. ex vendito d. action. empti. l. ex mixto, cod. tit. §. pretium, Inst. d. empt. & vend.*

Hacq; actione pretium vel residuum pretii 77
unà cum expensis & interesse à tempore moræ post traditionem factæ, peti potest, Rutger. Ruland. *d. articulis lib. 5. cap. 7. num. 35. & seqq.* ubi tradit, præcipua requisita ejus actionis esse, videlicet contractam fuisse emptionem venditionem, & sic consensum partium adesse, *Inst. d. obligat. quae ex consens. l 1. in fin. l. in venditionibus in pr. d. contrah. emption.* Item intervenisse rem venditam, *l. nec emptio. d. tit. l. naturalis. in pr. d. præscript. verb.* ac etiam pretium, *l. 1. de rer. permutat.*

Et quidem emptor omnibus modis ad sol- 78
vendum pretium tenetur, ut venditoris fiat: nec liberatur, si offerat id quod interest. Bart. *in l. 1. in pr. d. act. empt.* Also daß nicht gnugsam/ wann schon die Herrn Käuffere den noch restierenden Kauff Schilling verzinsen wolten.

Agitur item etiam condictione ex *l. cum* 79
te fundum. C. d. pactis inter empt. si non servetur substantiale pactum, gloss. *ibid. in verb. proficiat.*

Sed competit quoque actio ex vendito ad 80
præstandum vel faciendum id, quod pactis contrahentium nominatim est comprehensum in contractu emptionis & venditionis: sive inter contrahendum, sive postea ex eodem contractu conventum sit, *l. qui fundum, ff. d. contr. empt. l. tenetur. § 1. L. Iulianus. § si venditor. ff. d. act. empt.* Oldendorp. *class. 4. action. 1. numer. 6.*

So ist auch berait bey der Ersten Quæstion außgeführt worden/ daß der Herr Verkäuffer daselbst gestrittene caution prædicta actione venditi erfordern könne.

Anrürend die refusionem der drey vnnd zwanntzig Tausent Gülden/ so bar/ doch an hohen Sorten abgelegt/ wie auch wegen der drey Tausent Gülden/ so bey den Vnderthanen zu A. ge-

stan-

standen (welche Handlung wir ebenmessig pro venditione nominis halten) köndte gleicher Gestalt der Herr Verkäuffer prædictam venditionem pro residua pretii parte anstellen/ auch da jhme exceptio solutionis fürgeworffen/ per modum replicationis, nullitatem & iniquitatem ejusdem, per rationes in tertia quæstione deductas gebürendt außführen.

81

Wie nicht weniger offtgesetzte actio venditi, soviel den vierten Puncten betrifft / statt hat. Vnd ist zumal auch der Herr Verkäuffer in missionem in das in dem Brieff vmb solche zehen Tausent Gülden bestimbte Vnderpfand/oder per viam executivam, Mandata de dimittenda hypotheca zubegehren berechtigt. Welcher sich auch dises remedii juris, so vil die 9000 fl. Capital vnd davon hinderstellige Zins betrifft/ gebrauchen möchte. Actum in Collegio nostro den 29. Aprilis, Anno 1631.

Consilium CXCV.

QUÆRITUR,

I.



Utrùm ille, quem Imperator per diploma declarat ratione familiæ deberi ipsi titulum, dem Hochgebornen alten Graffen deß Reichs/ quem & ipse Imperator in literis suis ita nominat & tractat, neq; alio modo ipsis Principib. Imperii scribit: An sit Princeps, vel solummodò Comes? Cùm Deus, Rex, Ars, Lex, & Natura nihil frustrà fecisse videantur: tùm, cùm, is, qui declarat aliquid, nihil novi instituat vel attribuat, sed explicet tantùm id ex se verum esse, quod priùs fuerat: Cùm declarationes non sint per naturam attributiones titulorum, sed clarificationes & resolutiones illarum rerum, de quibus de præterito poterat esse dubium tùm quia inter Principem & Comitem non datur medium.

2.

An habeat jura personalia Principis, quæ personæ cohærent, ut ab ea divelli non possint?

3.

An titulo uti possint in Superscriptionibus, in literis & aliàs, videlicet Illustrissimo, & Excellentissimo Principi Guilielmo S. Comiti à S. dem Hochgebornen Fürsten vnnd Herren/ Wilhelm S Graffen zu S.? Sic olim in Superscriptionibus, dem Hochgebornen Fürsten vnd Herrn/ Vlrich Graffen zu Würtemberg/ vnd Mümpelgart; dem Hochgebornen Fürsten vnd Herren Wilhelmen Graffen zu Hennenberg; Ex hac familia fuit Avia Comitis à S Elisabetha filia Wilhelmi Principis Hennenbergiæ. In literis wir Vlrich von Gottes Gnaden / Graffe zu Würtenberg vnd Mümpelgart. Wir Wilhelm von Gottes Gnaden / Graffe vnnd Herr zu Hennenberg /

4.

Quæ sit differentia inter alten Graffen deß Reichs/ &, gefürsteten Graffen deß Reichs/, cùm antiqui Comites Imperii sint Principes, præsertim Pfaltzgraffen/ Marggraffen/ Landtgraffen / Burggraffen / Alten Graffen deß Reichs?

5.

An Comes Imperii, qui habet Baronias, & Dominia aliqua sub Archi-Episcopo Electori Ecclesiastico, sit ratione illorum Comes Imperii vel non? Cùm Principes Ecclesiastici non habeant tàm absolutum Imperium in suos subditos & vasallos nobiles, quemadmodum Principes seculares, cùm temporalia bona & Dominium ab Imperatore possideant in feudum. Hic non agitur de Comitatibus S. & R. qui immediate sunt in Imperio?

6.

An officia hæreditaria, quemadmodum Erb-Hofmeister/ Erbe Marschalck/ ab origine in feudum recipiebantur, olim ab Imperatoribus, vel ab ipsis Archi-Episcopis, & Ducibus sæcularibus instituta fueriot? an extingui, vel in alium transferri absque licentia Imperatoris possint?

7.

Cùm Ludovicus Pius Imperator Episcopos Germaniæ in ordinem Principum Imperii posuerit: An etiam Episcopi in Italia, Gallia, Hispania, sint Principes; Quæ sit major dignitas Abbatis cum qua dignitate sæculari comparanda.

8.

An ein Kriegs-Obrister/ quem Colonellum vocant, loco, ratione dignitatis, medio inter Baronem & Equitem Auratum, vel quo loco & ordine ponendus? cùm non sit semper dignitas hæreditaria ad vitam, neque transeat ad hæredes. Colonellus, cum qua dignitate comparandus?

9.

Quæ sit major dignitas, aurei Velleris, vel Comitis Imperii? Eques aurei Velleris, cum qua dignitate comparandus? Carolus Quintus Imperator, Bononiæ in Italia, in duplici suâ Coronatione Adrianum Dominum de Croy, suum magnum Aulæ præfectum, quem majorem Domus vocant, & jam dudùm Equidem aurei Velleris, publicè, & cum magna solennitate, solus inter omnes præsentes proceres unum ad se vocavit & elegit, & ibidem in Comitem Sacri Romani Imperii sublimavit; Si ergò dignitas aurei Velleris equitis plùs fuisset, non opus erat ipsum in Comitem Imperii erigere, si jam anteà majorem dignitatem habuisset, nec Imperio Gloria, nec ipsi, ac ipsius suc-

successoribus perpetuum decus fuisset. Hujus rei author est Henricus Cornelius Agrippa Doctor, Sacræ Cæsareæ Majestatis à Consiliis Archivis. Anno 1530. *in descript. coronat. Caroli V.*

10.

Ducatus & Comitatus, quæ privilegia, quos honores, quas dignitates, quas præeminentias, quas libertates, præ cæteris Dominiis habeant?

11.

An antiquitùs Comites coronabantur in sua institutione, quemadmodum Duces? Legitur enim Comitem Britanniæ minoris, sive Armoricæ, item & Comitem Normanniæ solenniter in Ecclesia coronatos fuisse. Unde mos & consuetudo, quod Duces & Comites supra sua insignia gestant coronam auream, ut videtur in duodecim Ducibus & Comitibus Paribus Franciæ, cum aliqua distinctione inter se, & differentia, quam coronam gestant in capite, in Regis auguratione?

12.

An etiam liceat gestare coronam Baronibus, & aliis inferioribus supra insignia.

13.

Utrum ille, qui ex Regali & Ducali stirpe (scil. à Pharamundo & Clodio Regibus Francorum, Ducibus Mosellæ, Arduennæ, Limburgii, Marchionibus S. R. I. Antuerpiæ supra Scheldin.) legitimo matrimonio, in recta linea ortus & procreatus, ejusque prædecessores titulum Ducis & Marchionis aliquot sæculis obtinuerunt, licet deinde per matrimonium, vel venditionem, aut jure belli, ad alios hæ dignitates cum conditionibus transierint, & ideo jam ab aliquo tempore titulo Ducis abstinuerint, atq; ex cujus familia rursus multi Imperatores, Reges, Duces, Marchiones (videlicet Henricus 7. Carolus 4. Wenceslaus, Sigismundus, Joannes Rex Bohemiæ, Reges Portugalliæ, Duces Lucenburgii, Brabantiæ, Marchiones Brandenburgi, Moraviæ, & alii) descendunt, ejusque antecessores, quemadmodum & ipse continuè cum suis similibus, Matrimonii vinculum contraxerit: Modò autem sive de præsenti tantummodo nobilissimum & antiquissimum Comitatum possidens atq; ejus titulo gaudens, sit habendus pro Comite tantùm vel pro Principe, cùm ex sanguine honorem habeat, dicereque possit, se ortum esse à Regibus, & Ducibus supremis, quorum filii vocari solent Principes, tum etiam, quia titulus Comitis præ se fert regalem dignitatem, & Comites Imperii, qui habent jura & regalia liberi Imperii, pro Principibus habentur, tùm etiam quia Comites Francorum, ante tempora Caroli Magni fuerunt majoris dignitatis quàm Duces. Cùm antiquitùs Comites illustres, Duces verò plerumque spectabiles dicebantur, tùm quia reges Galliæ solebant solummodo fratribus vel filiis Comitatum nobilissimum in hæreditatem dare, quod vocant, Appennage; neque in tali occasione alia est differentia, nisi quod titulus Principis aut Ducis sit curiosior, Comitis verò simplicior, fortius est enim jus sanguinis, quàm officii & dignitatis. Ideoque pro cujuscunque libero arbitrio & modestia talis se vel Comitem, vel Principem nominare potest vel intitulare, prout habet reditus sufficientes, ad sustinendum statum & dignitatem, dummodo per infamiam non amiserit dignitatem, nec infra Comitis aut Baronis dignitatem se dimiserit, nam dignitas hæreditaria semel à Principe supremo concessa, & ad posteros transmissa legitimo modo, amplius tolli non potest.

Dautantque plusieurs pourront revoquer en doubte, si ceux de S. soyent tant seulement Comtes où Princes, qu' on eust esgard & consideration à la noblesse du sang, dont ils estoyent sortis, descendants par une longue entresuitte, & revolution d'annees, tant du costè paternel, que maternel en droicte lignee de la premiere race des Roys de France, Ducs souveraines de la Lorraine, Mosellanique, Ardennes, & Limpurg, (Marchiones sacri Romani Imperii, Antuerpiæ supra Schaldin) declarez, l' honneur & la dignitè de Prince leur estre deüe, avec tous les honneurs, privileges, & prærogatives, qui appartiennent aux autres Princes, & que leurs hoirs & successeurs, & ayans cause se puissent intituler, dire & nommer en tous lieux & actes, Princes, Comtes de S. & que les Comtes de S. sont Princes, & tels devoient estre dits & tiltrez.

Observant aussyque si les alliances, la force où vicissitude en toutes choses, ont mis hors de ceste Illustre maison les susdites Roysumes, & Provinces. Pour cela il n'est raisonable, que les Comtes de S. sont tres-nobles & anciens, de la maison desquels derechef sont yssus plusieurs Empereurs, Roys, Ducs & Marquises, d'alli eurs soyent desnuès de tous tiltres d' honneur de leurs predecesseurs, mesme de ceux, ou' ils ont liberalement distribuez, pendant leur Empire, aux autres, & que leur nature premiere & condition se devoit regarder, & non la qualitè sourvenue, & que la qualitè accidentelle ne pouvit rien changer en la substance du subject, s' entendant tousiours sauf leurs droicts, tiltres, privileges, & noblesses. Et comme l' honneur, qui allume & atise, au ceur des hommes genereux, un hault & ardent desir de bien faire, est le but & la recompense de la vertu, il est non seulement utile, mais necessaire pour la conservation de l' Estat, que le Prince, auquel la distribution en appartient, face part de ses tiltres d' honneur, à ceux qui le meritent, à fin que l' exemple de leur loyer & recompense engendre à un chacun une honeste emulation & une esperance, en les imitant de pareille recompense,

Dignitas non moritur, sed semper durat, semel concessa hæreditaria amplius tolli non potest. Non facilè à suo principio res degenerat. Non est respiciendum ad denominationem, sed ad rei primordia & originem. De præteritis in præsens præsumitur, talê quemquam hodie videri, qualia fuit tempore præterito; & in specie, si quia rem babuit præterito tempore, præsumitur, quod eam non amiserit, quæ legum præsumptio liquidissima est probatio, instar documenti, cui meritò standum, donec contrarium evidentissimè probetur.

Virtutem non esse positam in nomine, sed in plenitudine potestatis nec curandum de nomine, ubi habemus effectum.

Inter Principes & Comites S. non esse differentiam realem, sed vocalem.

Imperatoris & Imperii totius interest, ut quilibet Imperii Status in ea conditione sit & maneat, in qua fuit inde à sui principio & origine.

Declarations ne sont pas par nature, par attributions de tiltres, ains esclarcissemens, & resolutions de ce, dont on pouvoit douter au passè.

Que qui declare, n' attribue rien de nouveau droict: ains esclarcist ce qui estoit de soy vray au passe.

Es ist auch dasselbig Geschlecht S. Domus vom Fürstlichen Hauß erspross en und herkommen/ und ob sie wol Graven genant werden/ so seynd sie wol nicht dominicirt im Standes sondern haben doch müssen dem rechten Erbpossessori etwan den Titul Herzogen allein nachgeben/ und seynd sie Graven genant worden.

* * *

QUÆRITUR I.

Utrum ille, quem Imperator ipse nominat **den Hochgebornen / unsern und deß Reichs Alten Graven zu** *N. quemque ita nominari & vocari aliis omnibus præcipit & injungit, jurè sit Princeps, pro talique haberi debeat, an vero maneat solummodo Comes?*

ET quidem Ego infra scriptus, salvo aliorum magis in jure publico Imperii Romani versatorum judicio, sentio, talem Comitem, cui ejusmodi à Cæsarea Majestate præeminentia collata est, jure merito Principem censeri.

1 Primò, cùm Rex & Lex æquè ac Deus & Natura, nihil frustra facere videantur, semperque optimum & causâ illâ efficiente dignû intendant finem. Meichsner, *decis. Cameral. 6. num. 37. tom. 4.* Marc. Mantua, *sing. 689. num. 1.* Anton. de Amatis, *decis. 132. num. 15.* Kirchner, *d. Legat. cap. 5. num. 46.* Heig. *part. 1. quæst. 13. num. 3.*

2 Frustraneum autem & elusorium esset singulare privilegium hoc, si non aliquid ultra ea, quæ prius privilegiato competebant, de novo tribueret, vel saltem renovaret, resuscitaret & confirmaret.

3 Nam & ante privilegium & rescriptum hocce emanatum, illustrissimi Comites in S. Comites Imperii, aliisque ejusdem ordinis, (Comitibus scilicet) omni ex parte compares & æquales erant.

Maximè cum Imperator Dominos Comites in S. à Dn. Wernero, Comite in S. descendentes (propter multiplicia benemerita ab ipsa Cæsarea Majestate enumerata,) singulariter præ aliis, & quidem ejusdem familiæ Comitibus, voluerit honorare, prout verba diplomatis sonant, ibi: **dise besondere Gnade gethan und Freyheit gegeben.**

Secundò confert huc, quod Principû privilegia & beneficia latissimè sint interpretanda. *l. 3. ff. de legib.* & ibi Dd.

Tertiò, certum est, quod Imperator aliusve summus Princeps, non solùm dignitatem conferre possit verbis disertis, sed & æquipollentibus, aut si quid faciat vel permittat, quo facto aut permisso, etiam alterum, quod ei connexum vel consequens est, permissum concessumve intelligatur, *l. si duo 13. §. 1.* ibique Zasius, *in fin. ff. de jurejur.* Gail, *1. observ. 31. num. 2. cum seqq. lib. 1.*

Unde & aliquando summorum Principum facta, non rarò pro lege & privilegio habentur. Sieq; cum Comitem Egmondanum Philippus II. Hispaniæ Rex, ferentem secum de rebus gravioribus colloquia, pileo imposito, caput operire jussisset, per argumentum illius honoris, Principis dignitatem sententiâ Regis accepisse judicatus fuit, Kirchner, *lib. 1. de legat. cap. 5. fol. m. 234.* Jos. Nolden. *de statu Nobilium. cap. 5. §. 5. fol. 17.*

Eò quod Germanorum & Hispanorum moribus non nisi Principis dignitate ac titulo eminentibus coram Imperatore vel Rege capite cooperto, versari aut sedere liceat, Aurpach. *lib. 1. singul. allegation. cap. 27.* Anton. de Gamma, *decis. 1.*

Cùm ergò hoc nostro in casu Imperator ipse, & quidem ex singulari privilegio, verbisque disertis concesso, prædictos Dn. Comites in S. nominet **die Hochgebornen.** Quo titulo vel inscriptione sacra Cæsarea Maje-

sta-

ſtas neminem, niſi Imperii Principes honorat, alios verò Comites ſolùm indigitat die Wolgeborne aut Hoch- und Wolgeborne: conſequens eſt, Imperatorem illos Comites de S. eo ipſo in principalem dignitatem evehere voluiſſe.

9 Quartò ipſa denominatio, alte Graven deß Reichs/ nihil aliud, niſi Principes innuere vi-
10 detur. Antiquiſſimo quidem tempore Comites nil niſi judices erant, ſingulique diſtrictus (qui olim Pagi dicebantur, Germanicè Göw/ vel Gäw/ Freher. *orig. Palatin. c. 5.* Lehman. in der Speyr. Chronick. *lib. 2. cap. 18.* Ego *in tract. de jure Universitat. c. 1. n. 3. ad fin.*) Comites ſuos habebant, in principali ejus villa habitantes, Freher. d. Lupoduno, *fol. 12. & 15.* & idem *in Commentar. ad Moſellam Auſonii fol. 126*, Ex quo illud ex legibus Ripuariorum *cap 55. & 90.* Si quis judicem Fiſcalem, quem Comitem vocant, interfecerit; eaque de re multa dixi *in diſſert. d. Comitib. §. 4. & ſeq.* Idque factum fuit ad imitationem Romano-
11 rum. Ita enim Pompilius Numa, univerſam Regionem diviſit in pagos, & ſuum cuique pago magiſtrum, qui eum obiret, atque inſpectaret, præpoſuit. Hi crebrò perluſtrantes omnia, tàm bene quàm male cultos agros in tabulis deſcriptos ad Regem deferebant, &c. Dioniſ. Halicarnaſſ. *lib. 2. antiquitat. Roman. ad fin.* qui idem *lib. 4. m. n. 19.* de Tullio ſic ſcribit: Agro in quotcunque portiones diviſo, in montanis & natura munitis tumulis, tutas agreſtibus paravit refugia, quæ pagos dixit, Græco vocabulo; eò ſe omnes ex agris recipiebant ſub adventum hoſtium, & ibidem plerunque pernoctabant: his quoque ſui Magiſtratus præerant, ad quorum curam pertinebat, ſcire agreſtium, qui in unum eundemq; pagum contributi eſſent, nomina, & ex quibus ſe alerent prædiis: tùm quoties opus eſſet, ruſticos ad arma vocare, aut tributa viritim exigere, hi milites contrahebant, & colligebant pecunias.

12 Hique Comitatus (quales ſcil. tempore Caroli Magni erant) non hæreditarii aut ad hæredes tranſitorii fuerunt, quemadmodum & Ducatus. Ego *de Statu Reipubl. ſubalterno, cap. 3 n. 6. & in tract. d. appell. cap. 2. fol. 57.*

13 Et ita etiam tota Germania Comitibus plena, tunc erat: ut ex hiſtoricis rerum Germanicarum paſſim apparet.

14 Sed poſtquam Comitatus, Ducatus, aliæq; ejusmodi dignitates hæreditariæ factæ ſunt, comites cùm omninò & verè Principes erant. Quo intuitu Franc. Guillimannus *lib. 6. Habſpurgiac. f. m. 279.* Habſpurgenſes Comites, Comites Principes aut principales vocat.

15 Sicque Guntherus antiquiſſimus, imò primus Franciæ, adeòq; Germaniæ Latinus Poeta *lib. 1. ſui Ligurini. verſ. 227.* Duci & Comitis nomen Synonymon eſſe tradit, dum de Archi-Præſule Moguntino loquens, ita canit: *Dux, Comes an Præſul, dubium.*

Et tales olim erant Comites Sabaudiæ, 16
Burgundiæ, ſive de la Franche Conte, Tyrolis, Cliviæ, Geldriæ, Flandriæ, Hollandiæ, Namurci, Artheſiæ, Seelandiæ, Göriciæ, Wirtembergiæ, &c. qui ſe etiam von Gottes Gnaden nominabant, & inter Principes Imperii indubitatè numerabantur, quamvis poſtea aliqui ducalem dignitatem exambiverint.

Quodque tempore Hugonis Capeti, Du- 17
ces & Comites verè Principes erant, apparet etiam ex traditis Stephani Paſquierii, *lib. 2. des recherches de la France chap. 11. & 12.* ubi inter alia *cap. 11.* dicit: Les Ducs & Comtes, qui ſont aujourd' huy, ne ſont qu' images de ceux, qui eſtoient du temps de Hugues Capet & *cap. 13.* inter Comites antiquiſſimos, qui 18
fuerunt judices, & Comites poſteriores, qui tamen reſpectu noſtri ſeculi, antiqui vocari poſſunt, differentiam conſtituit, & ita ſcribit: Et quand il ſceut (Ludovicus ſcil. Caroli Magni filius) qu' aucuns de ſes Comtes avoient eſtè pareſſeux & laſches de leurs terres garder, & de prendre vengeance des larrons, & des malfaicteurs, il les condemna par diverſes ſentences, & les punit de telles peines, comme ils avoint deſervy pour leurs pareſſes: Si doit on cecy entendre, que cen' eſt oient pas Contes qui fuſſent Princes, ne haults Barons, qui tinſſent Comtez, ne heritages, mais eſtoint ainſi comme Baillifs, quel' on oſtoit & mettoit à certain temps, & puniſſoit de leurs meſfaicts, quand ils le deſervoint.

Et teſtatur etiam Lehman. *lib. 4.* der Spei- 19
riſchen Chronick. *cap. 7.* daß man zu zeiten der Caroliner und Othonen/ auch die Graven/ Fürſten deß Reichs geheiſſen. Und reliquum eſſe videtur, ut Pfalzgraven/ Landgraven/ Marggraven/ Burggraven/ non Ducum ſolùm Ordini adſcripti, ſed & eorum aliqui Ducibus multò ſuperiores ſint.

Licet nonnulli Landgravii, ut Cleggovien- 20
ſes, Baarenſes, Stulengenſes, &c. adhuc Comites exiſtant, ut ſunt Sulzenſes, Fürſtenbergenſes, Comites, & Bappenheimii, &c. Baro, qui magis Innhabere der Land-Graffſchafft/ quàm veri Landgravii ſunt, nec ex illorum antiquorum Landgraviorum familia deſcendunt, Stephan. *d. nobilitate, cap. 5. n. 31.* ubi rectè de Bappenheimiis & Landgraviatu Stulingenſi loquitur. Refertque idem Lehman. 21
lib. 9. c. 1. tres Status fuiſſe in Imperio, poſt Carolinos tempore Saxonicorum Imperatorum: der König vñ Kaiſer/ als der erſte Stand/ und die Geiſt- und Weltliche Fürſten/ als der ander/ und die Obrigkeiten in Städten/ als der dritte Stand.

Sicque ſub nomine Principum etiam Co-
mites comprehendebantur; Et confert huc, 22
quod Fürſt/ ſive Princeps, generale nomen exiſtat, denotans omnem, qui præeſt, vel potens habetur, quaſi primum caput, oder ein Fürſteher/ Ego *in Theſaur. Pract. verb.* Fürſt.

Sed

23 Sed in specie Princeps, nomen dignitatis est infra Duces, sed omnibus Comitibus superior, Rittershus. *part. feud. lib. 1. cap. 5. f. 120.* Ex quibus omninò colligendum esse puto, illustrissimos Comites S. cùm in ordinem antiquorum Comitum recepti vel restituti potiùs sint, Principes omnino factos, & ita etiam vocari posse ac debere.

24 Et id (quintò) hanc etiam ob causam, quia inter Principem & Comitem, ita hoc seculo dictum, non datur medium, sicque dici non posse videtur, inter Principem & Comitem non dari quidem medium, respectu ordinis, sed inter Comites ejusdem ordinis dari gradus & prærogativas, quarum respectu alter alteri præferendus existit.

25 Jam supra enim demonstratum fuit, antiquos Comites revera Principes esse, eandemque ob causam, in Recessibus & Constitutionibus Imperii gefürstete Graven / gefürstete Aebt/ Prælaten/ etc. ex sua specie Comitum & Abbatum eximuntur, & Principum ordini, tanquam speciei contradistinctæ aggregantur, & Fürstmessige appellitantur.

26 Qua denominatione jure optimo maximo comprehendi etiam eos puto, quos summus Princeps, non solùm titulo Principali Hochgeboren ipse dignatur, sed quos ordini antiquorum Comitum restituit, sicque ab aliis Comitibus segregat.

27 Et idem (sextò) hanc itidem ob causam, quia Illustrissimi Dnni. Comites S. ex Regio & Ducali sanguine descendunt, ita ut videri possit, Imperatorem hac in parte declarasse magis, & resuscitavisse eorum dignitatem, quam novi aliquid attribuisse vel instituisse: & ita explicasse tantùm id, quod prius ex se verum erat.

28 Declarationes autem non sunt per naturam attributiones titulorum, sed clarificationes & resolutiones illarum rerum, de quibus de præterito poterat esse dubitandum.

29 Et sanè qualitas & dignitas, quæ ex jure sanguinis descendit, inseparabilis est etiam in sequiore sorte, seu statu inferiori. Knichen. *in velitat. Apolog.* Ex fortuna, quam quis nascendo meruit, mutari & amitti non potest.

30 *l. 41. C. d. decur.* Quæ enim à genere, civitate & rerum natura tribuuntur posteris, incolumia manere fas est, *per l. 3. ff. d. interd. & releg. l. 11. d. Senat.*

Hincque non informiter disputat Cravetta, *consil. 855. num. 4.* si maximè penes unum marchionatus vel comitatus sit, dignitatem tamen Marchionis vel Comitis ad reliquos quoque liberos & nepotes demanare. Id quod etiam in Imperio nostris moribus hactenus observatum fuit: ut scilicet Principes territorio principali vel ducali carentes, abgetheilte Herrn/ aut Appannagiati, so ein gewisses Deputat/ oder ein Herrschafft haben/ pro Principibus & Statibus Imperii agnoscantur, & privilegiorum personalium capaces sint, Roland. *d. Commissar. part. 2. lib. 5. c. 5.* privilegiis Ordinat. & Austregarum quoque privilegio perfruantur. P. Frider. Mindan. *lib. 1. processſ. n. 11.* Quo etiam intuitu dicitur, Statum Imperii esse, non patrimonii qualitatem, sed personæ dignitatem esse, Schwanman. *decis. Cam. pag. 181.* Ac testatur Dn. Vultej. *consil. Marpurg. 35. n. 33. in fin. vol. 3.* vix in Germania ullum exemplum proferri posse, quo Princeps, qui partem Principatus, tametsi minimam ex divisione adeptus est, non censeatur Princeps esse. 31 32 33 34

Et denique, quamvis Illustrissimi Comites Zollerenses Principum titulum & dignitatem olim habuisse dicantur, hunc tamen titulum diu omiserint, nec nisi moderni nostri Imperatoris singulari concessione, eum iterum assumserint, ut apparet ex desuper confecto diplomate, quod extat in Meo Thesauro Practico, verbo. Fürsten/ ibi: Ihne in den Fürstenstand widerumb vonnewem gnädiglich erhebe / gewürdige vnd gesetzt / darzu jhnen/ den Fürsten-Titul/ vnd Namen zuführen/ etc. Ubi quis putare posset, ponderanda esse verba, bewillige vnd gegeben etc. Exindeque colligi debere, eum qui semel omisit vel deposuit Princeps titulum & jura, eundem titulum sine consensu Imperatoris, reassumere non posse. Responderi tamen ad hæc potest, Illustrissimos Comites S. jam modò ad principalem dignitatem restitutos esse, per æquipollentia verba, eamque per supra deducta inevitabiliter importare renovationem principalis dignitatis. Et posset tandem, si opus videatur, majoris cautionis ergo (præsertim, si hanc sententiam nostram in dubium vocare conarentur) impetrari declaratio, ab ipsa Cæsarea Majestate, quæ sine dubio facilimè poterit impetrari. 35 36 37

QUÆSTIO II.

An habeat personalia Principis jura, quæ personæ cohærent, ut ab ea divelli non possint?

38 CONstat Status Imperii duplicia habere jura, realia competunt ipsi ratione territorii, personalia ratione familiæ & dignitatis. Fierique potest, ut aliquis habeat realia territorii jura, qui personalibus Comitiis vel Principis privilegiis destituitur; eáque ratione Baronum jura nobiles Baronatus possidentes, habere dicit Rosenthal. *de feud. c. 9. concl. 55. n. 5.* qui ideò, als Inhabere diser/ der jener Herrschafft citari, collectariq; poterunt; vicissim personalia jura habet, qui territorium amisit, vel quod ab aliis suis agnatis possidetur, ut jam modo in prima quæstione de Principibus Appannagiatis dictum fuit. Eaque de re etiam egi in Tract. de Statu Reip. subalterno, *c. 3. n. 3. f. 44. ad fin.* ... Sit qui-

39 Et quidem realitas territorii & juriadictionis semper olim dignitatibus Ducis, Comitis, &c. respondebat, & nemo in Germania reperitur Principum vel Comitum antiquorum, à quo non possideretur ditio, vel saltem à suia majorib. non fuerit possessa. Quam-
40 vis nunc passim in Germania & slibi, Barones, Comites & etiam Marchiones & Principes merè titulares (qui scilicet nec ipsi, neq; eorum majores unquam territoria sic insignita possederunt) reperiantur, vid. Rutger Runland. *d. Commissar. lib. 5. c. 4. n. 34. part. 2.* Reichs Abscheid. *d. Anno 1548.* §. wiewol auch.

41 Quæ ergò realia jura illustrissimi Comites S. habeant, ex jure & immedietate territoriorum ab ipsis possessorum indagandum erit.

Quod autem personalia Principum jura ipsis sint attribuenda, ex iis, quæ supra sd primam quæstionem annotata sunt, demonstratum esse puto.

QUÆSTIO III.

An titulo uti possint in superscriptionibus in literis & aliàs, videlicet Illustrissimo & excellentissimo Principi Guilielmo S. Comiti à S.

42 ET hæc quæstio resolutionem ex superioribus habet, quod scilicet is, qui præsertim ratione originis à Ducibus descendit, vel aliàs principalem dignitatem habet, Princeps vocetur, etiamsi non habeat territorium principali dignitate insignitum, ejusque rei tàm extra, quàm in Imperio Ger-
43 manico Romano exempla habemus: sicq; in inscriptionibus Don Emanuel Fonsecæ Princeps vocatur, qui tamen Comitatum tantum habet, ejusque titulus talis esse solet: Illustrissimo & Excellentissimo Principi Don Emanueli Fonsecæ, Stunicæ Azevedo, Comiti de Monterey & Fuentea, Domino domus de Viedma, Vlloa, Ribera, &c. Supremi Italici Consilii Præsidi, &c.

44 Sic Anno 1310. Berchtoldua Comes de Henneberg, sb Imperatore Henrico VII publicè & consensu Electorum ad principalem dignitatem evectus, & tamen Comitstus Hennebergenlis titulum Ducatus vel Priocipatus non acquisivisse videtur, & ii Comites tantùm titulum, **Wir N. von Gottes Gnaden/ Grave vnd Herr zu Henneberg** usurpabant, ac in subscriptionibus etiam Recessuum Imperialium sese vocant, v. g. **Wilhelm Graff vnd Herr zu Henneberg/ Berchtold vnd Albrecht Graven vnd Herrn zu Hennenberg/ rc.** Sed interim inter Duces, Marchiones, sliosque Principes, non verò in Comitum ordine recensebantur.

45 Comites item Wurtembergenses, ii scilicet, qui propter primogenituræ jua titulo sbstinebant, Principes olim nominabantur, sed Ducis titulum omittebant; puta **dem Hochgebornen Fürsten vnd Herrn/ Herrn Georg/ Graven vnd Herrn zu Würtemberg vñ Mümpelgart.** Et etiam in Recessu Imperiali **zu Augspurg/** Anno 1559 **auffgericht/** inter Principes recensetur **die Vormundschafft/ Graff Georgen zu Würtemberg vnd Mümpelgart/ seeligen/ hinterlassener vnmündiger Kinder.**

QUÆSTIO IV.

Quæ sit differentia inter **alten Graffen deß Reichs vnd Gefürstete Graffen deß Reichs?**

46 **GEfürstete Graven** Principibus æquiparantur, unde & in Constitutionibua & Recessibus Imperii, cum aliis Principibus se subscribunt & consultant, Sixtin. *d Regalib. lib. 1. cap. 4.* Ego in Thesauro Practico, sub verb. **gefürstete Graven/** Sicque Comites **von Henneberg/** ut & Comites **von Würtemberg zu Mümpelgart/** ut modò supra dictum fuit, in Conventionibus Imperialibus, unà cum Ducibus, aliisque Principibus consultabant, cum iisdem etiam subscribebant, & quidem **vor den gefürsteten**
47 **Aebten/** cùm tamen Comites subscriptiones suas post ejusmodi Abbates ponere soleant. Puto ergò, si nulla slia circumstantia singularis interveniat, **alte Graven deß Reichs** digni-
48 ores esse. Eò, quod inprimis antiquitas, in materia præcedentiæ consideretur, ut dixi, *in tract. d. praced. & sess. praerogativ. cap. 3. n. 2. fol. 147. & seq.*

49 Et **alte gefürstete Graven** semper habuisse videntur id jus, quale **die gefürstete Graven/** jam demùm acquirunt.

50 Et pertinet itidem ad commendationem antiquorum Comitum, quòd olim Ducibus præstabant, ut significant Acta antiquorum Conciliorum, quibus ita inscribi solitum erat, Ella Comes & Dux, Flandilla Comes & Dux, &c. ut animadvertit Vasæus, *in Chronic. Hispan. tom. 1. cap. 22.*

51 Sed generaliter in dijudicatione præcedentiæ multùm consuetudini debetur, Ego *d. l. n. 1.* Alibi etiam Comes Marchionem præcedit, Parlador. *lib. 2. quotid. cap. 13.*

52 Puto etiam præferendum esse eum Principem (quocunque titulo, **eines alten Graven/ gefürsteten Graven/ der Marggraven/ rc.** appellitetur) qui votum & sessionem inter Principes in Comitiia habet; ei, qui, quoad titulum & nomen eâ solùm prærogativâ gaudet.

53 At verò, an Imperator, sbsque consensu Statuum, vel Electorum, possit in Principum ordinem sublimare, ut simul habeat votum & sessionem, **in dem Fürsten-Raht/** altioris indaginis est, quæque meum superat captum.

QUÆSTIO V.

An Comes Imperii, qui habet Baronias & Dominia aliqua sub Archiepiscopo Electore Ecclesiastico, sit ratione illorum Comes Imperii vel non?

54 ID regulariter negandum videtur, Etenim Comes Imperii hodie non est, nisi qui jura Imperii, quoad suos subditos Comitatus vel Baroniæ, & respectu illius conclusum territoriũ habet, Wehn. *in verb.* Graff.

55 Sic Pricipes, qui Imperio immediatè subjecti non sunt, simpliciter Lands-Fürsten/ (eo significatu, quo Landsassen/ aut etiam schlechte Fürsten/ Specul. Saxon. *libr. 8. art. 58.* Rodolfin. *d. Ducib. n. 171.* Ritter. *de homag. cap. 4. num. 81.*) non verò Reichs-Fürsten indigitantur uti sibi opponuntur In jure Saxonico Landrecht/ *lib. 3. art. 58.* Et tales dicuntur Silesiaci Principes, ut dixi *in Thesauro practico. verb.* Fürst. quamvis id, (sine tamen sufficienti ratione) neget Curæus in der Schlesischen Chronick. *lib. 1. cap. 1.*

56 Quilibet autem Princeps in eo fundatam habet intentionem, quicquid sub ambitu territorii ut sui continetur, quod jurisdictioni
57 ejusdem subsit, eique pareat, nisi exemptio seu libertas disertè probetur; & subditi Comitis vasalli, etiam aliquo modo sint subditi domini superioris, Rosent. *d. feud. c. 8. concl. 10. n. 5.*

58 Principis item jurisdictio generalis, in suo territorio vel provincia, est notoria juris & de jure, Wesenb. *consil. 62. n. 3. & 28.* Kulch. *d. jure territor. c. 5. n. 96. ac seqq.* Et intuitu universalia territorii Principes ipso jure fundatam habet intentionem, in omni causarum genere, Knich. *d. tract. cap. 4. n. 356.* Matth. Steph. *lib. 2. de jurisd. part. 2. c. 7. n. 109 & seqq.*

59 Ex quibus sequitur, titulum eines Reichs-Graven/ oder Reichs-Stands/ vix ad ejusmodi Barooias & Dominia, in territorio alicujus Principis existentia, & quæ de territorio sunt, quorumq; ratione possessores Landsassii dici possunt, & ubi Principi territorii omnia jura territorialia competunt, applicari posse: Qui namque quocunq; modo aliquid præter Imperium & Imperatorem supra se agnoscit, cui parere necesse sit, tantum à Comite Imperii abscedit, quantum alterius Imperio tenetur. Inter dominum enim & servum, patronum & clientem, Auctoritas, Imperium, & Potestas discrimen facit.

60 Estq; omnium Politicorum commune conclusum, quamvis Princeps Baroniam vel Comitatum cuicunque & quocuncque titulo & prærogativa concesserit, quod tamen non solum fidei obligationem, clientelamq; sibi debitam, sed & eam jurisdictionem, quæ apud eum summa est, aliaq; superioritatis jura minimè transtulisse, sive abdicasse censeatur, uti ex Molinæo, Surdo, Peregrino & aliis probo Ego *in tract. d. appellat. cap. 2.*

61 Nec novum est, ut quis io Imperio Romano duplicem sustineat personam, Imperialem nempe & Provincialem. Imperialem ratione bonorum sub Imperio immediatè sitorum, quorum respectu er ein Stand deß Reichs. Provincialem ratiooe bonorũ in alicujus status territorio sitorum, quorum intuitu er ein Landstand vocari potest, cujus rei exemplum insigne babemus in Comitib⁹ Ortenburgensibus, qui bona sub Imperio & in ac sub Bavariæ Ducatu habent. Ut Acta Ortenburg contra Bayern/ quæ publicè extant, attestantur.

Sed sunt hujua regulæ etiam exempla in 62
contrarium, sieq; inprimis Comites Waldeccenses, ratione sui Comitatus pro Comitibus Imperii se gerunt, quia tamen ad Hassiæ Landgravios spectare dicitur, qua de re adhuc controversia lis est in Cæsarea Aula, & Acta itidem utrinq; publicè perstant. Hæc ergò quæstio facti magis, quàm certi juris, & ex tenore investiturarum consuetudineq; loci aliisque circumstantiia dijudicari debet.

Verùm hac in parte inter Principea Eccle- 63
siastos & seculares planè nulla differentia esse videtur. Hoc enim jus territorii & Regaliom in genere tàm Ecclesiasticis quàm secularibus
competit. Imò major Ecclesiasticis in vasallos 64
jurisdictio, majorq; potestas competere videtur ex eo, quod ab iis spiritualia & temporalis simul exerceatur potestaa, Thomat. *d. collectis. c. 5.* Adeò ut Episcopus in spiritualib. major ipso Imperatore esse dicatur, Paurm. *lib. 1. fol.*
491. Et certè Archiepiscopi, Episcopi, &c. ra- 65
tione suorum Ducatuum & temporalia jurisdictionia Principes Imperii & Domini territoriorum Lands-Fürsten sunt & dici possunt.

Et constat, quod Episcopi duplicem nunc 66
sustineant personam, Ecclesiasticam & Politicam nempe. Et quidem Ecclesiastici quatenus Episcopi, Episcopalem jurisdictionem in Diœcesi sua exercent, & à Pontifice Max. dependent. Politicam sive Civilem autem potestatem habent, quatenus ab Imperatore & Imperio Romano-Germanico feuda recognoscunt, Principatusque obtinent seculares.

Sicq; regulariter, & nisi pacta vel privilegia 67
Statuum, der Land-Stând/ ejusmodi Archiepiscopatus, aut etiam consuetudo loci aliud importent, qui regulariter æquè absolutum Imperium in suos subditos & vasallos nobiles, quemadmodum Princeps seculares habent.

Et quamvis illi per electionem ad hanc di- 68
gnitatem perveoiunt, electio tamen sui natura non diminuit potestatem, ut docui *in tract. d. success. & elect. Regia in prodromo. c. 4. & 5.*

Quodque nonnulli dicunt, seculares Prin- 69
cipum successores plenam habere administrationem & potestatem, Ecclesiasticos verò nudos esse fructuarioa, & inde olim tantummodo dictos fuisse dispensatores, Choppin. *d. doman. lib. 3. t. 13. n. 7.* Gravetta, *consil. 404. n. 13.* Wehner. *in verb.* Stand deß Reichs.

Attamen notorium planè est, quod ho-
die Principes Ecclesiastici æquè ac seculares, 70

tuit

mit aller Weltlichen Obrigkeit investiantur, Gail. *de pignorat. c. 7. n. 1.* Ita ut Principes Ecclesiastici hodie sive ex investitura sive alio titulo, privilegio vel præscriptione quæsitam habeant jurisdictionem, tamen in toto suo districtu, quoad personas & res idem quod Principes Politici jus obtineant, Paurmeist. *d. jurisdict. lib. 2. c. 9. n. 16.*

71 Et sic in genere omnium Principum jurisdictionem perpetuam hodie esse, usus nos docet, ita ut Ecclesiastici quidem decedentes illam capitulo resignent, seculares verò ad filios transmittant, Thom. Michael. *de jurisdict. thes. 132.*

Et testatur experientia, quòd in territoriis 72
nonnullorum Ecclesiasticorum Principum in usu etiam sit die Landsesserey/ ut ratione Archiepiscopatus Coloniensis asserere audet Nolden, *d. Statu Nobilium. cap. 8. num. 190.*

QUÆSTIO VI.

An officia hæreditaria, quemadmodum Erbhoff-Meister/ Erb-Marschalck *quæ ab origine in feudum recipiebantur, olim ab Imperatoribus vel ab ipsis Archiepiscopis & Ducibus secularibus instituta fuerint, an extingui vel in alium transferri absque licentia Imperatoris possint,*

73 EJusmodi officia hæreditaria vulgò dicta olim temporaria fuerunt: quin & antiquitùs sub priscis illis Francis & Saxonicis Imperatoribus ac Regibus quatuor illa prima & summa S. Imperii Romano-Germanici officia Archi-Pincernæ scilicet, Archi-Dapiferi, Archi-Mareschalli, Archi-Camerarii, temporanea & ambulatoria erant: atque pro arbitrio Imperatorum & Regum inter Principes sibi dilectos, beneq; de se ac Imperio meritos distribuebantur. Goldast. *de Bohe-*
74 *mia jur. lib. 3. c. 8. à pr. ubi n. 3.* quod demum post Othonem III. illa officia perpetua & hæreditaria fuerint facta testatur. Et quidem non solùm Imperatores, sed & alii etiam Comites ac Abbates ejusmodi officiales habuerunt, hisq; nonnulli attribuunt originem Suevicæ, imò totius Germanicæ nobilitatis, Ego *in discursu de ordine Equestri, n. 4.* consentit Stumpff. in der Schweitzer Chronick/ *lib. 4. c.*
75 *29. fol. 291. b.* ubi ait: Es ist sich nicht zuverwundern/ woher der Adel Helvetiæ sey erwachsen/ dann da haben erstlich die Hertzogen von Schwaben/ nach Bestättigung jhres Fürstlichen Stands/ gehabt ihre Dienstleut vnd Amtleut/ die erkeñende als den/ von jhren Aemptern vnd Fürstlichen Diensten geadelt seynd. Dañ woher komen die Truchsessen von Waldburg/ dann auß denen/ so vorzeiten derselben Fürsten Truchsessen/ vom Ampt geadelt gewesen/ vnd darnach dasselbig erblich empfangen habend? Also seynd entsprungen die Truchsessen von Diessenhoven/ die seynd erstlich Truchsessen gewesen/ der Graven von Kyburg/ vnd mit der zeit das Ambt erblich von jhnen empfangen. Also auch die Truchsessen von Rapperschwell von denselbigen Graven/ etc. daß aber solcher Adel erstlich von dem Dienst vnd Ampt entsprungen seye/ geben die erste Titul vnd Namen zu: Also: Erstlich ward der Adel am Hoff eines Fürsten oder Landgraven/ in gemein genent Ministeriales, Diener oder Dienstleut. Insonderheit aber einer Schenck/ Pincerna oder Pocillator, vom einschencken. Der ander Truchseß/ das ist/ Fürträger/ Fürschneider oder Credentzer/ der gut acht hat/ daß kein Trug in dem Essen beschehe/ oder gelege wird/ etc. jeder nach seinem Ampt. Alldieweil nun ein Schenck oder Truchseß sein Ampt nicht erblich empfangen hat/ ward er benent nach seinem Herrn/ dem er im Ampt dienet. Also find ich die Amptleut der Graven von Habspurg/ in etlich instrumenten deß Klosters Wettingen (deren datum steht im Jahr Christi 1245) Diethelm Schenck von Habspurg/ Arnold Truchseß von Habspurg/ etc. beede nach dem dienst vnd dem Herrn. So aber den sölche Empter erblich verlihen wurdend/ alsdann baweten sie etwan in den verlehneten Plätzen/ beywellen auch in jhren allodiis, eigne Häuser vnd Schlösser/ vnd satzend den Titul darauff. Also die Schencken von Schenckenberg/ habend ein erblichen Titul vnd doch den nicht von jhnen selbs/ sondern erstlich von dem Ampt/ eintweder deß Graven von Habspurg oder Lentzburg geschöpffet. Also die Schencken von Kaiserstul hatten Ampt vnd Titul von jhrer Herrschafft/ die Truchsessen von Rapperschwell/ haben Ampt vnd Namen von jhren Graven daselbst/ die Truchsessen von Diessenhoven haben jhren Adel vnd Ampt von den Graven von Kyburg/ darnach Titul vnd Namen von Diessenhoven/ sölicher gestalt haben auch die villici, Majer/ jhren Adel/ von jhren Aemptern vnd Lehen empfangen/ als die Majer von Windegg/ Majer von Glaris/ Majer von Knonaw/ Majer von Eppenberg/ etc. Suma, der Adel Helvetiæ ist mehrertheils entsprungen auß Dienstbarkeit der Fürstẽ vnd Graven.

Et quamvis non dubitem, quin ejusmodi 76
officia ab initio in signum eminentiæ præcipuis Imperii Statibus & membris ab Imperatoribus concessa & constituta fuerint, quemadmodum apparet ex diplomate de An. 1339. per quod Ludovicus IV. Imp. Reinoldum illius nominis Secundum, ex Comite Geldriæ Ducem creavit, ubi inter alia habentur: Insuper ad majorem dicti Ducatus & Principatus splendorem, assignamus ipsi juxta morem Imperii quatuor officiarios infra nominandos & eorum hæredes, videlicet Jacobum

van Myxlaer Oeconomum, Everhardum van
Vuylp Marescalcum, Theodoricũ van Tien-
den Pocillatorem, & Guhelmum van Crou-
chuysen Camerarium.

77 Sicque etiam in Aurea Bulla Electoribus
secularibus ratione suorum officiorum, we-
gen jhrer Ertzämpter/tanquam Vicarii & Pro-
curatores subordinantur, eaque præeminen-
tia certis quibusdam Familiis assignatur: un-
de & Erb Aempter vocitantur.

78 Sed tamen illa eadem officia non ab Impe-
ratoribus & Imperio, sed à Dominis, quibus
assignata sunt, dependent, ab iisque regulari-
ter nomine feudi recognoscuntur: ut apparet
ex Investitura, quam posui *consil. 1. decad. 2.*
ubi Ludovicus Palatinus Rheni investit ratio-
ne deß Erb Kuchen Meister oder Erb Truchses-
sen Ambt vetustissimos Sueviæ Barones à
Waldburg, ea conditione, ut post extinctio-
nem stirpis deren von Seldeneck/ qui eo tem-
pore munus hocce sustinebant, Waldburgen-
ses illi Barones admitterentur, & porrò illud
officium, als ein recht Leibs Mannlehen / von
dem PfaltzGraven bey Rheyn / so deß Heil.
Röm. Reichs Erb Truchseß vnd ChurFürst
seynd/empfahen / haben vnd tragen sollen.

79 Si ergò officia illa Electorum Archi-Offi-
ciis vicaria, quæ tamen maximè Imperium &
Imperatorem concernere videntur, & præci-
puè in Curiis Imperialibus administrantur,
non ab Imperatore & Imperio immediatè, sed
ab Electoribus feudi nomine conceduntur,
ab iisdemq; lites eo nomine subortæ ab Ele-
ctoribus deciduntur, quemadmodum ex præ-
dicto meo consilio apparet, multò magis cer-
tè alia officia hæreditaria Episcopatuum pu-
ta, aliorumque Principatuum (cùm maximè
status alicujus certæ provinciæ, non imme-
diatè Imperium concernant) ab ipsis Episco-
pis & Principibus, tanquam feudum depen-
debunt.

At verò sive ejusmodi officia hæreditaria 80
ab Imperio vel à Statibus dependeant, mini-
mè extingui vel in alium transferri queunt,
nisi quis aliquid committat, ex quo ejus di-
gnitatis indignus evadat, quod tamen medi-
ante ordinario judiciali processu fieri debet;
ac si aliter fiat, appellatio, Mandatorum ex-
tractio, similiave juris remedia omnino pate-
bunt. Cùm enim hoc officium certam in 81
unoquoque genere & familia personam affi-
ciat, & cum dignitate perpetua & hæreditaria
sit conjunctum, quæ eidem inhæret, inde ab
ea divelli non poterit.

Ac eo fine Erb-Aempter vocantur & feu- 82
di nomine plerunque conceduntur, ut appa-
reat, illa non pro lubitu Domini adimi vel
transferri posse.

Verbum enim Erblich omninò successo- 83
ribus qui de genere & familia sunt, jus tribuit,
Cothman. *cons. 9. n. 136.* Wehner. *verb.* Erb-
lich / & jam supra in prima quæstione proba-
tum fuit, ea, quæ à genere tribuuntur, poste-
ris in columia manere debere.

Ac pertinet huc, quod jus quæsitum sine 84
causa, nec à summo etiam Principe alicui adi-
mi possit, ut docui *in tract. de Majest. in ge-
nere. cap. 9.*

QUÆSTIO VII.

Cùm Ludovicus Pius Imperator Episcopos Germaniæ in ordinem Principum Imperii posuerit, an etiam Episcopi in Italia, Gallia & Hispania sint Principes? Quæ sit major dignitas Episcopi vel Principis, Episcopalis dignitas vel Abbatis, cum qua dignitate seculari comparanda?

ARchiepiscoporum & Episcopo-
85 rum major dignitas est, quàm aliorum
Principum Imperii, unde & præemi-
nentiam in sessionibus publicis habent, non
quidem bonorum respectu, sed propter Sa-
cerdotum: cùm illud regulariter dignius sit
ordine seculari, Franc. Vivius, *decis. Neapol.
401. lib. 1.*

86 Sacerdotibus enim omnis honor & reve-
rentia debetur propter pabulum spirituale,
quod fidelibus administrant, Matth. d. Afflict.
in præfat. decis. Neapol. Et sunt Episcopi lo-
co Apostolorum, Lancellotus *in templo omnii
judic. lib. 2. cap. 5. num. 5. fol. 746.*

87 Ac dicitur Episcopus caput suæ diœcesis,
cujus membra sunt subditi omnes seculares,
etiam præsides & majores Magistratus (quo-
rum loco Duces & Comites sunt) ita ut etiam
sui Regis ordinarius dicatur, Lancellot. *n. 6.*

88 Sanctissimi item dicuntur Episcopi, & Chri-
sti Legati, Patres quoque spirituales, Fratres
& Coepiscopi Papæ, columnæque Ecclesiæ,
ut colligitur ex *Clem. 1. §. nec super cum con-
cord. in gloss. allegatis. d. pæn.* & per Corn.
consil. 83. n. 8. vol. 2. quin & Cardinales ap-
pellari possunt, Alex. *in c. in novo in pr. 21.
distinct*

Et inde ad Principem summum spectare 89
dicitur assurgere Episcopo, & ei juxta se ve-
nerabilem sedem assignare, Lancellot. *libr. 2.
c. 5. § 4. n. 11.*

Quin & jure Saxonico vetustissimo, & 90
diu ante Ludovicum recepto, puta in dem
Sächsischen Landrecht. *lib. 1. art. 3.* werden
die Heerschilt außgetheilt / & dicitur ibi in
glossa, quod Heerschilt sit ein Vnterscheid der
Ständ vnd Ritterschafft / & additur: Vnter
welchen der König den Ersten hat. Die Bi-
schöff / die Aebt vnd Aeptissin / die gefürstet
seynd / haben den Andern. Die Lehen Fürsten
den Dritten / seyt sie der Bischoff Manne wor-
den seynd / die Freyherrn den Vierdten / die
Schöpffen-

Schöpffenbaren Leut vnd der Freyherrn Manne / haben den Fünfften. Ihr Mann fortan haben den Sechſten.

91 Ubi obiter notandum, Comites omitti, & ideò ſub Principibus comprehendi.

Notat etiam ibidem ex textu gloſſa, dum Saxonicum jus concedit Epiſcopis ſecundum locum, ſive ordinem dignitatis & præeminentiæ, quod per hoc aſſimilantur ipſis Comitibus & Marchionibus, qui aliàs habent ſecundum gradum, ita quod hodie Epiſcopi proximum gradum tenent poſt ſupremum ordinem, Cavalcan. *conſil.* 2. *col.* 19. in *princ.*

92 Ergò poſtquam Principes facti ſunt Vaſalli Epiſcoporum, ita quòd Statum ſuum in uno gradu mutaverunt, retinent ſibi nunc tertium ordinem, ut in textu prædicti Saxonici juris dicitur.

93 Suntque Epiſcopi illuſtres & ſpectabiles, Jaſ. *in l. quicunque. num.* 2. *C. d. procuratorib.* Alex. de Imola, in *diſputatione ſua, incip. Sigiſmundus Romanus Imperator.* in 6. *col.*

94 Antiſtites etiam Religionis ſemper apud Germanos tàm Ethicos, quàm Chriſtianos inter Principes & præcipuos Imperii numerati, & ex præcipua nobilitate ad eam dignitatem aſſumpti fuerunt, Lehemañ in der Speyr. Chronick. *lib.* 2. *cap.* 11. Vnde conqueritur Thegan. *d. reb. geſtis Ludovic.* & dicit: Peſſima conſuetudo eſt, & maximum malum in populo Chriſtiano, ut ex viliſſimis ſervis & noviſſimis populi, pontifices, Epiſcopi & Sacerdotes fierent.

95 Quodque à Francis proceſſerit, ut Epiſcopi temporalem etiam habuerint jurisdictionem, & Principes ſeculares fuerint, hujusque rei progreſſum proliſè & operosè proponit, ac etiam diſputat, num hoc è re Eccleſiæ fuerit, Chr. Lehman. in der Speyr. Chronick. *lib.* 2. *c.* 21. 34. 35. *lib.* 4. *c.* 3. *lib.* 5. *c.* 12. & *c.* 51.

In Gallia inter Pares (entre les pairs de
France) recenſetur etiam Epiſcopus & Dux 96
Laonenſis, Epiſcopus & Dux Langrenſis, Epiſcopus & Comes de Beauvais, Epiſcopus & Comes de Chaalon, Epiſcopus & Comes de Noyon, quibus tamen alii Pares ſeculares præponuntur, Anonymus *lib.* 2. *des antiquités & recherches de la France, fol.* 447. alios ibidem Epiſcopos non puto ſimul Principes ſeculares
eſſe. In Hiſpania quoq; rariores, ut puto, Epi- 97
ſcopi inveniuntur, qui Principatum habeant
ſecularem, in Italia vix tales inveniri credo. Et 98
tamen omnibus in Regnis Epiſcopi præcipuè honorantur, iisq; etiam titulus Sereniſſimi tribuitur, Rodolfin. *d. orig. Ducum Ital.* n. 250.

Licet ille titulus non omnibus Principibus Italiæ tribuatur.

Abbates quod attinet, ii certè etiamſi ex-
empti & Principes ſint, quos vulgò Gefürſtete 99
Aebt vocitamus: attamen in ſubſcriptionibus Receſſuum poſt Principes vnd gefürſtete Graven locantur, aliis tamen Comitibus Imperii præponuntur.

Et certè ejusmodi ordo ſubſcriptionis in
dijudicatione præcedentiæ obſervandus erit, 100
ut dixi in *tr. de præcedentia & ſeſſionis prærogativa. cap.* 3. *num.* 3.

Alios Abbates quod attinet, qui non ſunt
exempti, oder Gefürſtete Aebt / quamvis digni- 101
tatem habeant, exiſtimat tamen Lancellotus in *templo Iudicum*, eos inter inferiores dignitates eſſe referendos, in ordine nempe Clariſſimorum & Vice-Præſidum, ubi Jaſonem & alios allegat.

Et ſic Comitibus poſtponendi & Baroni-
bus æquiparandi eſſent, idque etiam ex ea ra- 102
tione ritè fit, quia Abbates regulariter non habent Eccleſiaſticorum jurisdictionem, ſed modicam tantùm coercitionem ſuorum Religioſorum.

QUÆSTIO VIII.

An ein Kriegs-Oberſter / *quem Colonellum vocant, loco ratione dignitatis medio inter Baronem & Equitem Auratum, vel quo loco & ordine ponendus, cùm non ſit ſemper dignitas hæreditaria ad vitam, neque tranſeat ad hæredes. Colonellus cum qua dignitate comparandus?*

103 COlonellos Comitibus etiam ſuperiores eſſe, evincere poſſe videntur tradita Petri Caleſati, *in tract. de Equeſtri dignitate, qui n.* 131. & *ſeqq.* docet, in omnine ſuperilluſtrium poni Senatores illos antiquos, Conſules, Doctores, & Patricios, in ſecundo verò ordine poni Præfectum Prætorio, Præfectum Sacri Cubiculi, Quæſtorem Sacri Palatii, Comitem rerum privatarũ, & Magiſtrum Militum, quibuscum Colonellos æquiparandos eſſe, reputare quis poſſet, in hunceque ordinem collocat etiam Caleſatus Cardinales & Patriarchas. In tertio verò ordine ſpectabilium ſcilicet, reponit Prætores Urbis Romæ, Præfectum Vigilum, Proconſulem, Præfectum Auguſtalem, Duces item, Comites & Marchiones.

Et certè Magiſtri Militum, qui ſæpe ϛρα-
τηλάται in Novellis Conſtitutionibus Impp. 104
nominantur, eminentiſſimique & magnifici, excelſi & illuſtres appellantur. *l.* 8. *Cod. d. mode mult. l.* 2. *C. d. offic. Præf. Præt.* Eos in locum Legatorum, qui ex Conſularibus ad exercitus mittebantur, ſubſtitutos, Veget. *libr.* 2. *cap.* 9. ſcribit; Erant autem Magiſtri tàm
Equitum quàm Peditum: Quorum quatuor 105
erant: Duo in Oriente, totidem in Occidente. His adjuncti erant alii, Equitum & Peditum per Orientem: Equitum & Peditum per Thracias: Equitum & Peditum per Illyricum:

Equitum & Peditum per Gallias: quæ omnia ex tractatu, Notitia utriusque Imperii inscripto, liquent.

106 Quirinus item Piso Soaccius, *in tract. de Roman. ac Venetum Magistratuum comparatione. n. 465. & seqq* Magistros Militum secundum locum à Principe tenere affirmat, & Mareschallis æquiparat.

107 Sed tamen sciendum est, magis eum, quem generalem belli Ducem vocant, Magistro militum similem esse, Colonellum verò rectiùs Tribuno Militum correspondere, qui Legio-
108 nibus præeat, Pratejus *in Lexico verb. Tribun. Militum* Generalis autem, secundum quidem locum à Principe obtinet, sed tantùm in rebus bellicis, Piso Soaccius, *d. l. n. 49.* ubi ad finem scribit: Præcedit autem Clarissimos ad similitudinem Tribuni Celerum, cùm sit Princeps Militiæ, ac post Ducem secundus, & ideò illustris dicitur in suprascriptione. *l. ult. C. de Offic. Magistr. Milit.*

109 Absurdum itidem esse videtur Ducem, Marchionem, & Comitem Colonello postponi, & insuper Calefatus, *d. l. n. 140. & seq.* sententiam supra relatam ita declarat, quod nempe Duces, Marchiones, Comites, in ordine solùm spectabilium existant, non procedat in talibus, qui ratione amplissimæ ditionis, aut ratione sanguinis tales existunt.

Putarem autem aptè distingui posse circa 110
hanc quæstionem, ut Colonellus, qui actu talis est, in actibus militaribus, præsertim in territorio sui Principis, pro quo bellum gerit, aut quando apud exercitum est, Comiti æquiparari possit.

In aliis verò actibus non militaribus, in-
primis quando non est in actu militiæ, wann 111
er allein ein bestelter Obrister ist / vnd würcklich kein Regiment vnterhanden hat: Puto Colonellum Baronibus etiam, & aliis, qui jurisdictionem & Imperium in suos subditos habent, postponi. (nisi simul Comes vel Ba-
ro sit) Scioque tali Colonello etiam nobili, 112
Doctorem, qui Cancellarius alicujus Principis erat, circa præcedentiam alicubi litem movisse.

In persona autem ratione generis illustri, 113
Colonelli dignitas eandem maximè auget, præsertim si magni Principis vel Regis Colonellus sit.

Quæ tamen omnia pro varietate circumstantiarum variationem magnam admittunt.

QUÆSTIO IX.

Qua sit major dignitas Equitisnè Aurei Velleris, vel Comitis Imperii? Eques item Aurei Velleris cum qua dignitate debeat comparari?

114 EGo certè Comitem Imperii extra dubium præferrem. Etenim Carolus V. Imperator Bononiæ in Italia in duplici sua coronatione Adrianum Dominũ de Croy, suum Magnum Aulæ Præfectum, quem Majorem domus vocant, & jam dudum Equitem Aurei Velleris crearat publicè & cum magna solennitate, solus inter omnes præsentes proceres unum ad se vocavit & elegit, & ibidem in Comitem S. Romani Imperii sublimavit. Si ergò dignitas aurei Velleris Equitis plus fuisset, non opus erat ipsum in Comitem Imperii erigere, si jam ante majorem dignitatem habuisset. Hujus rei auctor est Henricus Cornelius Agrippa, Doctor Sacræ Cæs. Majestatis à Consiliis, *Anno 1530. in descript. Coronat. Caroli V.*

115 Et qoamvis ordo aurei Velleris vulgò dutoison d' Or institutus a Philippo Burgondiæ Duce, & translatus jure successionis in Hispaniæ Reges, ejus dignitatis reputetur, ut eum etiam potentissimi Principes ambiverint, sicque Carolus V. Romanorum Imperator Hispaniarumque Rex Trajecti in Hollandia An. 1546. eum in ordinem assumpserit Cosmum Medicen, Florentiæ Ducem, Ducem Albanum, Ducem del Infantasco, Comitem de Egmond. Comitem de Mansfeld, aliosque. ut & 4. Julii ejusdem Anni Ratisbonæ, Equites aurei Velleris declaravit idem, Principem Maximilianum, postea Imperatorem, Principem Pedemontis, postea Ducem Sabaudiæ, ac Comitem de Fürstenberg, & tum quoque ejusdem ordinis participes erant Galliæ, Angliæ & Lusitaniæ Rex, Calefatus *de Equestri dignitate, num. 43.*

Nihilominus tamen non sequitur, Aurei 116
Velleris Equites eam solam ob dignitatem Comitibus Imperii præferri.

Nam & olim Equestrem dignitatem, zum 117
Ritter geschlagen zuwerden / frequentissimè Principes ac Reges etiam affectabant; & ita Franciscus I. Galliarum Rex Equitem creavit le Capitain Bayard, ut in historia ejusdem Gallicè conscripta *cap. 62.* habetur: & tamen Eques per se Comitem non præcedebat.

Estque Comes vel ideò Major, quia Co- 118
mitum dignitates ab Imperatore, Aurei Velleris Equites à Rege Hispaniarum, & quidem solùm tanquam à Borgundiæ Duce habent.

Constat autem præferri eum, qui dignita-
tem à majori accepit *cap. per suas.* & ibi gl. 119
& Dd. *de major & obed.* ubi hoc notat Abb. *n. 1. in 2. not.* inferens ad quæstionem de duobus fratribus, Militibus, quorum alter militiam recepit à majore, licet posterior sit tempore. Et idem Abb. *in cap. postulasti col. 3. n. 9. d. concess. prabend.* dicens, quod inter homines ejusdem ordinis præferatur ille, qui fuit ordinatus à Papa, licet fuerit postea ordinatus: sic dici posse ait de militibus secularis & hujusmodi refert & sequitur Felin *in rubric. extr. de major. & obed. col. 3. sub num. 4. in vers. Miles.* Nic. Boer. *tract. d. ord. grad.*

utr. for. in 2. p. sub nu. 10. Dec. in l. cum quid in ult. lectur. n. 19. ff. si cert. pet.

120 Quodque magni etiam Principes & Reges ejusmodi ordinem Burgundicum, ut & Anglicanum S. Georgii, sive du bleu jarretier, deß blawen Hosenbands / assumpserunt, id fit ex eo, quia Equestrea tales ordinea repræsentant aliquo modo fœderis speciem, ut docui *in tract. de fœderib. cap. 5. n. 4. fol. 53.*

121 Et ideò cum nulla dignitate Romanorum conferri status talium Equitum potest. Equites enim Romani erant ii, qui in bellum vocati equo militabant, ut olim nobilea, die Ritterschafft / ego *in thesaur. pract. verb.* Ritterschafft.
Forsan autem talea Equites in Aula 122
Burgundica vel Hispanica tanquam domestici Catholicæ Regiæ Majestatia, aliis alibi licet dignioribus præferentur, quod usus docere potest, & ibique aliis militibus seu Equitibus præferuntur. vid. omninò Chassan, *in catal. pre 9. cons. d. 10. ad fin.*

QUÆSTIO X.

Ducatus & Comitatus, quæ Privilegia, quos honores, quas dignitates, quas præeminentias, quas libertates præ cæteris dominiis habeant?

123 Ducatus & Comitatus, si sicut persuasum mihi est, pro ipsis territoriis accipiantur, immediatè Imperatori & Imperio subjecti, ut Baronatus, Herrschafften / ejusdem qualitatis puta, immediatè ab Imperio descendentes, hanc eminentiam & libertatem inprimis habent, quod eorum possessores legitimi jura territorialia, hoc est, die Lands-Fürstliche Obrigkeit / & quæ inde dependent, exercere possunt.

Quodque inibi Imperatorem ipsum re-
124 præsentare, & id, quod ipse Imperator in Imperio, facare posse dicuntur, ut dixi *in tract. d. statu Reipubl. subalterno c. 3. n. 1. & aliquot seqq.* Hæeque jura inprimia Andreas Knichen *in tr. hac de re singulari*, latissimè & omnium optimè explicasse videtur.

Et horum territoriorum intuitu, Ducatuũ
125 ac Comitatuũ possessorea Statua Imperii sunt, alia dominia etiam nobilium immediatè Imperio subjectorum, die Freye-Adeliche Güter / der Schwäbischen / Fränckischen und Rheinischen Ritterschafft / talem eminentiam minimè habent.

Eorum enim nomine, non possunt exerce- 126
re territorialia jura. Unde solum Vogts-Herrn olim dicebantur: eò quò ipsis competebat tantùm jurisdictio bassa, die Vogtheiliche Obrigkeit / quin & *sing. in tract.* idem Knich. adimit libera Imperii civitatibus territorialia
jura. Ducatua autem & Comitatus, sub alte- 127
rius territoriali jurisdictione constituti: ut sunt Ducatus Silesiæ, Bohemiæ, &c. ac etiam in Gallia & Hispania, illa territoria subsunt regibus, quoad omnimodam jurisdictionem, nec ita libera sunt ut pagi & oppidula nobilium in Suevia, & Franconia, quæ ad nobiles liberos ac immediatos spectant.

QUÆSTIO XI.

An antiquitùs Comites coronabantur in sua institutione, quemadmodum Duces? Item an liceat gestare coronam Baronibus & aliis inferioribus supra insignia?

CArolus quidem Paschalius *in*
128 *insigni opere Corona lib. 10. c. 13.* scribit: Vt corona Regij demonstrando est convenientissima, ita galea est verissimum symbolum Ducatus & Imperii. Sed quod omni tempore utraque virtus Principi viro est necessaria, super eo scuto, in quo effigiantur insignia summarum potestatum, galea plerunque statuitur, cui hæret corona, vix etiam non coronæ adhæret galea. Vix quoque sola corona non galeam assumit sibi & Comitem & Satellitem. Hinc est, quod Minerva est caput contecta fulgenti galea, & ipsa galea oleaginea corona tegitur. Hinc Priscus mos ornandi galeam gemmis & lapillis, haut ferè minus quàm coronam, ut videre licet in numismatibus Principum Romanorum. Et *eodem lib. cap. ult.* idem ait: Quisquis nobilitatis prærogativa honestatus incedit, intelligat sibi ut cuidam regulo deberi coronam, si iis præsidiis nititur, quibus cumulandis inventa est corona. Hæc item corolla sive corona inibi signat omnia læta & fausta.

Sed tamen galeam coronatam ein Schild 129
und Waffen mit gekröntem Helm / nonnulli hodie etiam qui non sunt nobiles, habent, & vicissim nobiles quidam, imò alii in sublimiore dignitate constituti insignia habent cum galea non coronata.

Puto ergò his in quæstionem vocari, quis 130
usurpare possit scutum cum superimposita corona. Id quod solùm Ducibua & Comitibus, qui Ducibus sunt compares, ac Baronibus
regalia habentibua competere autumo. Sunt 131
enim nonnulli Barones, die eine rechte Herrschafft haben / eaque ratione olim Mompelgardiæ quidem Comea longè latèque imperitans Magnus Baro appellatus fuit, & sunt etiam Principes quidam, qui se simpliciter Herrn inscribunt. Sicque Austriæ Archiduces inscribuntur Herr zu Frießland / auff der Windischen Marck / zu Portenaw / etc. Duces Juliacensca, Herrn zu Ravenstein / Megapolitani Herrn der Lande Rostock und Stargart.

Et tales Duces, Comites antiqui & Barones insignes, alicubi coronantur, Legitur n.

Comi-

Comitem Britanniæ Minoris sive Armoriaci, item & Comitem Normanniæ sulenniter, in Ecclesia coronatos fuisse. Quamvis regulariter in Germania non coronentur ejusmodi Comites vel Principes, sed olim cum vexillis tantùm investiebantur, ut docui *in Thesauro practico, verb.* Fahnenlehen.

133 Sed ut dixi, mos & consuetudo est, quod Duces & Comites Ducibus compares insigniorum suorum scutis coronam imponant auream: ut videtur in duodecim Ducibus & Comitibus paribus Franciæ cum aliqua distinctione inter se & differentia, quam coronam gestant in capite in Regis auguratione.

134 Et meritò coronam gestant omnes, qui Regalia, gladii potestatem & supremam jurisdictionem habent. Sicque glossa **deß Sächsischen Weichbildts** / *art. 59.* tradit, **bey dem Königlichen Gewalt ist nicht allein zuvernemmen der König / sondern auch alle die / denen das Schwerdt befohlen ist** / Andr. Gollbeck. *in tract. d. jure Gerada, cap. 5. ad fin. d. tertio ordine succed. n. 8.*

135 Sicque etiam capio, quæ habet Lancellotus *in templo omnium Iudicum. libr. 1. cap. 4. in princ.* ubi dicit, Duces Byrro cooperiri sine coronæ ornamento: quæ regali splendori videtur concessa, nisi Ducali ordini quandoq; hoc attributum etiam sit, ut Andreas Alciat. sentit *in tract. de sing. certam. c. 32.* qui alios

136 Duces Regali dignitate decoratos commemorat, ut est Mediolanensis, & Pannoniæ superioris, quam Austriam vocant: Itemque Burgundos, quibus jus fit gentilitiis insignibus coronam ferre, aliquos alios non ita: veluti quos Romani Pontifices in Umbria, Piceno, aliisque Italiæ partibus quandoq; constituerunt, qui Pontifici deferre tenetur, nec soluti legibus sunt, & non coronam, sed birrum gerunt.

137 Et pertinent huc, quæ habet Carol. Paschalis, *Coronar. libr. 9. cap. 22.* Ducum alii sunt majores, alii minores. Majores voco illos, quorum dignitas proximè accedit ad Regum. Et hos quidem Duces in tantam magnitudinem & claritatem evectos video, ut tot mihi Reges videre videar. Id duplici ratione accidit: propter genus scilicet, propterque opes & auctoritatem. Et verò, quod ad genus attinet, vix ullus istorum non se antiquis Regibus oriundum profitetur. Ergò ita sunt Duces, ut eadem ratione sint Principes prioris generis. Hoc tàm excelso loco aspicio illa Germaniæ columina, illa Italiæ magna nomina, aliosque, qui etsi inter se nondum etiam satis conveniunt de πρωτεδρίᾳ, tamen id fastigii insederunt, quod est Regio proximũ. Hinc fit, ut si homines unius ordinis esse censeantur, omnes propemodum suspiciantur ut Reges, longèque antistant illis quos voco minores. Et quidem minores Duces sunt illi, qui sunt in ditione majoris potestatis Regiæ, Imperatoriæ, Pontificiæ. Istis videlicet dati sunt Ducatus, hoc est, dignitas & feudum, quod hoc nomine demonstratur, ea lege & conditione, ut juri & jurisdictioni datoris per omnia subjecti sint, haut secus, quàm quilibet è vulgo. Tales fuerunt Majores Duces in ditionibus Imperatoris antequam daretur eis vicariatus Imperii.

Cæterum Minores hi Duces exstant inter eos, qui fulgent aliis feudorum dignitatibus. Sed multum quoque cedunt illis majoribus. Nam hi in sua quisque ditione ferunt se vicarios Imperii: quandoquidē ibi omnia obeunt Imperatoria munia.

Vtriusque tamen Ducatus coronæ, quod mirere, sunt promiscuæ, etsi Regiis sunt similes. Quippè, in utrisque lamina aurea, quæ caput ambit, pretiosis quoque lapillis distinguitur. Ex hac lamina exeunt flores & folia. Certè id, quicquid est, nihil aliud est, quam materia florea, foliacea, frondea, læta, laſciviens, suaque serie laminam inumbrat.

Nimirum his Ducibus, ut si sint Reges, tales coronæ convenire videntur, ut insignia suæ dignitatis, quæ quam proximè accedit ad Regiam. Nam quod insigniuntur lamina æ coronaria inumbrata foliis, in hoc verò quodammodo sunt similes Regibus. At quod ea corona è superiori parte tota patet, cum Regum coronæ sint clausæ, docemur ipsos esse infra dignitatem Regiam. Regnum est αὐτοφυὲς ab se natum, & nullius majoris beneficio obnoxium, propriis inquam, auspiciis suaq; vi nixum. At horum Ducum, quamlibet latè dominantium coronæ effingantur apertæ, ut in quibus est etiam & beneficio & incremento locus.

Ergò hi Duces tali corona fidem faciunt, se tribi esse, ut sublimiorem potestatem, cujus magnitudine nituntur, propitiam experiantur, illi suos auctus acceptos referant. At sublimis, summaq; potestas, hoc est, Regia, Imperatoria- Pontificia clauso diademate demonstratur, quod quæ in aliis germinant ap. hos perducta sunt ad maturitatem, quæ alibi incipiunt, aut procedunt, hîc sunt perfecta. Ne multa; hæ summæ potestates illud magnitudinis fastigiũ insederunt, supra quod ascendi non potest.

Quod autem minores Duces, Regumque vasalli tam divite, tamque speciosâ corona utuntur, id adeo hinc fieri credo, ut qui in honorem Ducalis appellationis evecti sunt, hi quoque insigniis Ducalibus non arceantur, ne minus quam Imperatoris celebre sit beneficium Regis.

Et *cap. 23.* idem Paschalius Comitibus quoque ac Baronibus coronam tribuit, & inter 138
alia ita scribit: Hæc comitum corona constat è circulari lamina, cui hærent tres lapilli. Supra laminam utplurimuùm eminent trea uniones magnitudine conspicui, aut certè

conti-

continua series minorum unionum, qui & in extremitatibus lamina, & super ipsa media duplicantur, aut triplicantur, cæteriq; eminentiores aspiciuntur, sicuti illa margarita tribacca Indica.

Equidem tàm Comitum quàm Marchionum coronam cum Prudentio dixerim perpetuam gemmam, sive aurum perpetuum.
Gemma relucenti diadema amplectitur auro.

His proximè sunt Barones, h. e. è nobilitate primores. Atque adeò quandoque hac appellatione Baronum universus ordo nobilium, cujuscunque gradus aut dignitatis sint, continetur. Baronibus licet gestare non quidem laminam integram & latam, sed tenuiorem ac restrictiorem, ac veluti circulum sive gracile vinculum aureum. Hoc puto repræsentari priscum illud στρόφιον, hodie etiam à vera nobilitate super insigniis & galeæ cono usurpatum, quod connumeratur inter ornamenta excelsiorum capitum, ac distingui à corona.

Hic est locus monendi Marchiones, Comites, Barones, eosque omnes, quibus concessum est, ut caput evinciant eâdem propè formâ, qua prima diadematis pars repræsentatur. Hinc enim docentur se à regnantibus assumptos esse in primam regni partem, quod est consortium ejus curæ, quâ unâ summum illud fastigium nititur. Nempe ut omni loco ac tempore Principi ac Reipublicæ sint acres adjutores in hac tanta tamque ardua administratione, ei adsint perpetua fide & vigilantia, sua singulari opera, omnique virtutum genere omnibus præeant. Ubicunque constituerunt, ibidem Principem velut exscriptum referant majestate armatum, autoritate venerabilem, jubendi potestate validum, denique vi regii numinis ubique præsentem.

Hactenus Paschalius.

QUÆSTIO XII.

Utrum ille, qui ex Regali & Ducali stirpe legitimo matrimonio in recta linea ortus & procreatus, ejusque prædecessores titulum Ducis & Marchionis aliquot seculis obtinuerint, licet deinde per matrimonium, vel venditionem, aut Jure belli, ad alios hæ dignitates cum conditionibus transierint, & ideò jam ab aliquo tempore titulo ducis abstinuerint, atque ex cujus familia rursus multi Imperatores, Reges, Duces, Marchiones descendunt, ejusque antecessores, quemadmodum & ipse continuè cum suis similibus Matrimonii vinculum contraxerit. Modo autem sive de præsenti tantummodo nobilissimum & antiquissimum Comitatum possidens, atque ejus titulo gaudens, sit habendus pro Comite tantùm vel pro Principe?

139 AD hanc Quæstionem, per ea præcipuè, quæ supra in prima Quæstione dicta sunt, affirmativè respondendum est: Et exemplum habemus in Comitibus Tubingensibus, qui se Comites vocant, etiamsi nec ipsi, nec eorum agnati Comitatum habeant; sed per venditionii titulum translata illorum bona sint in Wirtembergiæ Duces. Ergò adhuc magis id locum habet, ut Principes sint, quorum majores non solùm Principatus possederunt, sed & qui adhuc sunt
140 in ea familia. Cùm quippe ratione sanguinis honorem habeant, direcreque possint, se ortos esse à Regibus & Ducibus supremis, quorum
141 filii vocari solent Principes, tùm etiam, quia titulus Comitis præ se fert regalem dignitatem, & Comites Imperij, qui habent jus & regalia liberi Imperii pro Principibus habentur; tùm etiam, quia Comites Francorum, ante tempora Caroli Magni fuerunt majoris dignitatis, quàm Duces. Cùm antiquitùs Comites illustres, Duces verò plerunque spectabiles dicebantur: tùm quia Reges Galliæ solebant solummodo fratribus vel filiis Comitatum nobilissimum in hæreditatem dare,
142 quod Appennage vocant. Neque in tali occasione alia est differentia, nisi quod titulus Principis aut Ducis sit curiosior, Comitis verò simplicior; Fortius est enim jus sanguinis, quàm officii & dignitatis.

Ideòque pro cujuscunque libero arbitrio & modestia talia se vel Comitem vel Princi- 143
pem nominare potest vel intitulare, prout habet reditus sufficientes ad sustinendum statum & dignitatem, dummodo per infamiam non amiserit dignitatem, nec infra Comitis aut Baronis dignitatem se dimiserit, nam dignitas hæreditaria semel à Principe supremo concessa, & ad posteros transmissa legitimo modo, ampliùs tolli non potest.

Insuper dignitas non moritur, sed semper durat, semel concessa hæreditaria amplius 144
tolli non potest. Non facilè à suo principio res degenerat, Non est respiciendum ad denominationem, sed ad rei primordia & originem. De præteritis in præsens præsumitur, 145
talem quendam hodie videri, qualis fuit tempore præterito, & in specie, si quis rem habuit præterito tempore, præsumitur, quòd eam non amiserit: quæ legum præsumptio liquidissima est probatio, instar documenti, cui meritò standum, donec contrarium evidentissimè probetur.

Et ita sentio ego Christophorus Besoldus D. salvo tamen semper rectiùs sentientium judicio. Actum Tubingæ.

CARO-

CAROLI MAGNI IMP. SERMO DE FUNDATIONE AQUISGRANENSIS BASILIÆ MARIANÆ, illusque Consecratione per Leonem III. Papam.

UNDE PROBATUR QUOD COMES PRÆCEDAT PRINCIPEM *particularis Tituli, nisi Imperii Princeps sit.*



Go CAROLUS, qui Deo favente curam regni gero, & Romanorum Imperator existo, consilio Principum Regni nostri Episcoporum, Ducum, Marchionum, ac Comitum, rogatu verò tam liberorum quàm servorum in plurimo generali conventu, in diversis locis regni nostri habito, discussi prout justius, & melius cunctis videbatur, primum de lege sanctarum Ecclesiarum, de reddendis justitiis Episcoporum, de vita & jure Presbyterorum ac Clericorum, & hæc omnia judicio & assensu nostro, secundum instituta patrum meorum corroboravi, firmavi & auxi, nihil de his minuens quæ Catholici viri rectè atq; legitimè vivere volentes, ad observandum spirituali ac singulari decreto, bonum & utile contulerint.

Deinde, prout cunctis placuit prudentioribus regni nostri, legem Saxonum, Noricorum, Suevorum, Francorum, Ripuariorum, Salicorum, sicut mos & potestas Imperatorum est, & omnium antecessorum meorum semper fuit, distinxi, distinctam sub anthoritate Regia & Imperatoria stabilivi, non ex mea adinventione aut corde prolatam, sed communi consilio & generali conventu totius Galliæ à me renovatam & in melius auctam, sicut Patres & Prædecessores mei fecisse perhibentur. Scitis enim, & neminem latet, quia quicquid ab Imperatoribus & Regibus præceptum & decretum est, semper ratum & pro lege tenendum est: ne quod ab universis sensatis, & justa satis discretione vivere volentibus imperatum & actum est, & nostra Imperatoria & regia Majestate confirmatum, & solidatum, violetur.

Nunc patres, fratres, & amici, fautores, & coadjutores gloriæ regni nostri, de omnibus statutis patris mei PIPINI; quæ ad utilitatem & honorem sanctæ Ecclesiæ firmari, ac renovari petistis, quæ ad defensionem secularium rerum & legum stabiliri quæsistis, nihil minui nec abnui, sed in melius ampliavi, omnium sanis consiliis acquievi, & fui in medio vestrum quasi unus de quærentibus & petentibus æquitatem legis, nulli contradicens aut renitens dignæ & rectæ petioni, Ergo vestri decreti & petitionis voluntarius extiti, vos quasi patres & fratres audivi: nunc quæso & meæ petitionis & intentionis: non solùm Auditores, sed & benevoli factores fieri velitis. Nec quod indecens aut intolerabile sit quæro, sed quod tota Gallia, & universi Principes potius concedere, quàm negare debent.

Nostis qualiter ad locum, qui Aquis ab aquarum calidarum aptatione, traxit vocabulum, solito more venandi causa ingressus, sed perplexione silvarum, errore quoque viarum, à sociis sequestratus veni, thermas calidorum fontium & palatia inibi reperi, quæ quondam GRANUS, unus de Romanis Principibus, frater Neronis & Agrippæ à principio construxerat. Quæ longâ vetustate deserta ac demolita, frutetis quoque ac vepribus occupata nunc renovavi, pede equi nostri in quo sedi, inter saltus, rivis aquarum calidarum perceptis & repertis: sed & ibidem monasterium Mariæ Matri Domini nostri Jesu Christi, omni labore ac sumptu quo potui, ædificavi, lapidibus ex marmore pretioso adornavi, quod Domino adjuvante & cooperante sic formam suscepit, ut nullum ipsi queat æquiparari.

Itaque tàm egregio opere hujus basilicæ non solùm pro voto meo & desiderio, verùm ex divina gratia ad unguem peracto, pignora Apostolorum, Martyrum confessorum, virginum à diversis terris & regnis, & præcipuè Græcorum collegi, quæ huic sancto intuli loco, ut eorum suffragiis regnum firmemetur, & peccctorū Indulgentia condonetur.

Præterea à Domino Leone Romano Pontifice hujus templi consecrationem, quam erga idem opus fieri impetravi præ nimia devotione, quam erga idem opus habui, & sanctorum pignora, quæ ibi recondita meo studio & elaboratu habentur. Decebat enim, ut idem templum, quod cunctis monasticis ædificiis in regno nostro, forma & structura præesse videtur, in honorem S. Dei genetricis, à nobis regali studio fundatum, dignitate consecrationis præcelleret, sicut ipsa virgo super omnes choros Sanctorum præcellens exaltata est, & ideò Dominum Apostolicum, qui omnes præcellit Ecclesiasticos gradu, ad consecrandum & dedicandum, ex toto cordis mei consideratione, elegi & accivi.

Accivi etiam cum illo Romanos Cardinales, Episcopos Italiæ quoque, quàm plures & Galliæ, simulque Abbates, & cujusque ordinis Clerum multum, qui huic sacræ dedicationi interessent, Acciti sunt etiam multi Romani Principes, præfectura & qualicunque dignitate promoti, ad id solemne. Duces, Marchiones, Comites, Principes regni nostri tam Italiæ, quàm Saxoniæ, tàm Bavariæ, quàm Alemanniæ, & utriusque Franciæ, tàm Orientalis, quàm Occidentalis, in omnibus voto meo & desiderio obsequentes,

Illic

Illic verò Domino Apostolico, & omnibus prædictis nobilibus, & egregiis personis congregatis, merui ab omnibus obtinere, præ nimia devotione, quam erga ipsum locum, & matrem Domini nostri Jesu Christi habebam, ut in templo eodem sedes Regia locaretur, & locus regalis & caput Galliæ trans alpes haberetur, ac in ipsa sede Reges successores & hæredes Regni initiarentur, & sic initiati jure de hinc Imperatoriam Majestatem Romæ sine ulla contradictione, planiùs assequerentur. Confirmatum & sancitum est hoc à Domino Leone Romano Pontifice, & à me Carolo Romanorum Imperatore Augusto, & primo auctore hujus templi & loci, quatenus ratum & inconvulsum hoc statutum & decretum nostrum maneat; & hic sedes regni trans Alpes habeatur, sitque caput omnium civitatum, & provinciarum Galliæ.

Decrevimus etiam ex assensu & benevolentia omnium Principum regni, qui ad hoc festum dedicationis convenerant, ut locum & sedem regiam, pro murali præsidio contra omnes turbines, Episcopi, Duces, Marchiones, Comites, omnes Principes Galliæ, fideles regni, tueantur, semper locum hunc venerantes. Decrevimus etiam, si quæ injuria aut versutia contra leges quas statuimus, surrexerit, libero aut servo nocere tentaverit, Aquis ad hanc regiam sedem, quam fecimus caput Galliæ, veniat, veniant judices & defensores loci, & cum æquitate legis causæ decernantur, status legis resurgat, injuria condemnetur, & justitia reformetur.

Nunc ergò, quia locum hunc majestate Regiæ sedis Domini Apostolici decreto, ex nostra imperiali potentia, nostroque assensu exaltavimus, honestate verò hujus templi, & plurimorum sanctorum veneratione magnificavimus, decet nec incongruum videtur, (cum ad hoc nimium figitur noster animus) ut petitio mea, cujus vos non solum audnores, sed benevolos factores fieri exoravi, apud vos obtineat, quatenus non solùm clerici & laici, loci hujus indigentiæ, sed & omnes incolæ & advenæ, hic inhabitare volentes, præsentes & futuri, sub tuta & libera lege, sine omni servili conditione vitam agant, ac omnes pariter, ex avis & atavis ad hanc sedem pertinentes, licet alibi moram facientes, ab hac lege, quam dictavero in præsentiarum à nullo successore nostro, vel ab aliquo machinatore, legum subversore, infringantur, nunquam de manu Regia alicui personæ nobili vel ignobili in beneficio tradantur.

Consilium CXCVI.

An ad usufructuarii hæredes, pendentes etiam fructus pertineant? à num. 1.

I. N. D. N. I. C.

A. und B. als zwey Eheleut / die ohne Erzeugung Ehelicher Kinder die nach von einander gestorben / testirn / doch solcher gestalt / ob zwar nach Abrichtung der Legaten von gemeinem Gut / die Theilung dem Fürstlichen newen Landrechten gemäß getroffen / daß jedoch das vberbliebene ad dies vitæ usumfructum haben / vnd bey völligem gantzen Vermögen sitzend gelassen werden solte / welch Testament nicht repugnirt wird.

B. stirbt / verlaßt ein Schwester C. derselbigen lebt A. zulang / kan ihrer Erbschafft nicht erwarten / verkaufft solche gäntzlich mit Nutzen vnd Eigenthumb gegen D.

Vor 5. Wochen / als den 19. Junii stirbt A. auch / an jetzo bey vorhabender Theilung concedirt D. daß ihm vom eingethanen Hew / so A. erlebt / nichts zu / aber von dem Dinckel / Habern vnd Dembe / welches noch nicht eingethan / sein Theil gebühre / deß A. Erben aber seyn darwider / dann die Frucht heraus vor der Thür / vnd der §. Landrechtens *fol. 442. 443.* da aber / rc. vor sie seye / nach dessen Inhalt die Nutzung dem rato temporis, so vil A. der zeit vnd Jahrgang nach am Nutzen erlebt / ihnen gehörig seye. Begehren derwegen in disen puncten eines Consilii, was dem D. an Dinckel / Habern vnd Dembe zuzutheilen vnd einzuraumen seye. Actum N. den 26. Julii Anno 1631.

DEmnach vns Endsbenandten vorgesetzter casus zu dem End vberschickt worden / daß wir hierauff vnser / den Rechten gemäß / Bedencken ertheilen wolten: Wir selbiges auch in keinen weg abschlagen sollen. Als ist zufolg dessen / erstlich zu mercken / wann auff Absterben B. deß A. Haußfrawen ordenlich abgetheilt / vnd jenige Güter / so nach ebenmässiger Abtheilung deß A. hinterfällig / bestimbt worden / daß anjetzo nach geendetem usufructu solche hinterfällige Güter / mit sampt denen darauff stehenden Blumen oder Nutzen / dem hinderfalls Erben / oder nunmehr dem D. als welcher dise Erbgerechtigkeit rechtmessig an sich gebracht / zuzustellen seyen / vnd haben A. Erben dißorts weiters nichts / dann den Baukosten zufordern: wie beedes das Fr. Würtembergisch Landrecht / in obangezogenem §. da aber. vnd auch allgemeine Kaiserliche Rechten solches alles klärlich mit sich bringen.

Etenim de jure communi ad usumfructuarium hæredesve ejus percepti solummodò fructus pertinent, pendentes verò finito usufructu una cum fundo ad proprietarium transeunt, *l. si usufructuarius messem. ff. quib. mod. ususf. amit. & l. defuncta. ac l. si fur. ff. de usufruct.* 1

de usufruct. per quæ jura ita omnes Interpretes unanimiter concludunt, Cavalcan. *tract. d. usufruct. mul. relict. n. 242.* Cöpen. *quæst. 30. n. 14.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 24. n.*
2 *16.* ubi in subsequentibus Jacobum Cujacium singularem & contrariam opinionem defendentem (quod nempe inter usufructuarii hæredes & proprietarium talis fructuum ineunda sit ratio, ut pro rata præteriti temporis, quo constitit usufructus, portio fructuum tàm perceptorum, quàm pendentium pertineat ad usufructuarium, & quod superest, domino præstetur) solidè & pluribus refutat.

3 Es gehen auch oberwehnte Kaiserliche Rechte so weit/ daß / wann gleich bloß die Sichel anzulegen/ dannoch die Früchten dem proprietario, vnd dem jenigen zuständig seyen / welchem die Güter / als hinderfalls Erben eigenthumblich gebühren thun / vnd von selbigen Früchten deß Niessers Erben weiter nicht/ dann den Baukosten zufordern haben.

4 Fructus namque pendentes, licet sint perceptioni & recollectioni proximi, ad proprietarium pertinere, tradunt Francisc. Vivius, *decis. Neapol. 8. num. 10.* Paul. Castrens. *consil. 214. vol. 2.* Cephal. *consil. 181. & consil. seq. vol. 2.* Ancharan. *consil. 193.* Aretin. *consil. 160. vers. circa quintum.* Alex. *consil. 28. num. 2. vol. 1.* Jason. *consil. 231. vol. 1.* ac Petr. Surd. *consil. 227. num. 22.*

5 Et hæc omnia etiam in casu fideicommissi locum habere, quod nempe ad fideicommissarium pertineant fructus pendentes, licet major pars anni, antequam dies fideicommissi cesserit, præterita sit, decidit Vivius, *d. decis. 8. num. 9.*

6 Vnd werden vermög Fürstl. Würtemberg. Landrechtens / an obverstandenem Ort allein solche Nutzungen / dem rato temporis nach / zwischen deß Niessers vnd den hinderfalls Erbern getheilt/ daran gleichsam alle Tag etwas fället / vnd die weder Hagel / Wind oder anderm Vnglück vnterworffen / als da seynd Geldt vnd gewisse Fruchtgülten/ auch andere dergleichen järlich vnd beständige Gefäll / quæ certam & definitam præstationem habent, idque etiam conforme est juri communi, Hartman. Pistor. *d. quæst. 24. n. 62.* Gail. *2. observ. 10. num. 3. in fin.* Castillo, *de usufr. cap. 77. num. 20.*

Darunter aber können Dinckel / Habern / Dembe/ von welchen diß orts der Streit/ gar nicht gezogen oder gerechnet werden.

Für das ander / wann in gegenwertigem 7
Fall hiebevor kein Theilung getroffen worden seyn sole/ sondern selbige erst anjetzo nach beyder Ehegemächt A. vnd B. Absterben anzustellen/ weren wir der Meinung/ daß ein weg als den andern strittige Dinckel / Habern vnd Demat/ zwischen den hinderfalls Erben, oder dem D. so an dero statt gelangt/ vnd deß gewesten Niessers Nachkommen/ pro rata, vnd wie das Eygenthumb zuvertheilen / doch der Baukost sein deß A. hæredibus in gleicher Portion vorderst erstattet werden solle/ in Bedenckung/ da die Güter nicht getheilt / nichts destoweniger 8
ex juris præsumptione darfür zuhalten/ daß jedes Stuck vnd einem jeden Erben zu seiner Angebür gehörig seye. *arg. l. qui pater. 32. ff de fam. ercisc.* ubi habetur; quæ pater inter filios non divisit, post datas actiones vice divisionis ad singulos pro hæreditaria portione pertinere.

Facit huc, quod post Cavalcan. *d. usufr.* 9
mul. relict num. 242. novissimè scribit Æmil. Gall. *d. except. testament. tit. 4. except. 17. p. 2. num. 70.* si non omnes fructus à solo essent separati, tunc pro rata separatorum eos ad hæredes usufructuarii spectare, & pro rata non separatorum proprietarium consequi debere.

Welchem allem nach wir anderst nicht schliessen können/ dann daß der D. in seinem begehren gegründet/ jhme auch von dem Dinckel/ Habern/ Dembe vnd andern Feldfrüchten/ welche zur zeit deß A. tödtlichen Hinscheiden noch nicht eingethan gewest / sein Antheil gegen Entrichtung deß Bauschillings / so deß A. nachgelassenen Erben als ein Voraus gebührt / anjetzo gefolget werden müsse.

Actum Tübingen / den 27. Julii, Anno 1631.

FINIS.